


DOMINO ILLVSTRISSIMO,

GERLACO ADOLPHO

LIB. BARONI

DE MVNCHHAVSEN,

DYNASTAE STRAVSFVRTI,

AVGVSTISSIMI M. BRITANNIAE REGIS

IN TERRIS

BRVNSVICENSIBVS ET LVNEBVRGENSIBVS

MINISTRO STATVS

ET

CONSILIARIO INTIMO,

MAGNO ADVOCATO DVCATVS CELLENSIS,

cet. cet.

DOMINO MEO INDVLGENTISSIMO.



um TVA, ILLVSTRISSIME DOMINE, indulgentiá, qua bonarum litterarum omne genus foues, animos iam pridem scribentibus addiderit ad aliquid audendum, sanctumque TVVM nomen libris, opusculis etiam, suis praemittendum: factum est, vt TIBI grauissimis curis distento audaces Musae non iam furtim adrepant, sed in sacrarium illud amabile, in quo nostrae saluti, paci Germaniae, vitae ac quasi valetudini optimarum litterarum, intendis, magno agmine et glomerata quasi irrumpant manu.

Obrueret alium haec copia, et exporrectam frontem in rugas colligeret, si cuius tot laboribus, tam variis, tam arduis, garrula toties obstreperet Musa. Imputant enim alii, quas pro re publica sustinent, molestias; et lineas quasi turbari, aut tempus animo relaxando debitum sibi surripi, aegre ferunt atque acerbe. TE vero, ILLVSTRISSIME DOMINE, quà es miti indulgentia, qua patientia laborum, (his enim non onerari TE, sed refici ac recreari credis) nullus liber nomini

TVO

TVO inſcriptus, quamuis diſtrictum negotiis, alieno tempore adiit. Pagina TIBI ſacrata a TVO ſemper vultu laeta redit.

Liceat ergo et mihi, eadem vſo ſiue ingenua libertate, ſiue licentia, ILLVSTRISSIMO TVO NOMINI *Benſonii* paraphraſin in epiſtolam *Iacobi* latinitate donatam, meisque qualibuscunque obſeruatis illuſtratam, et quia debeo, inſcribere, et quia aueo. *Georgiae Auguſtae* TVAE tam ſingulari ſolicitaris cura, vt TVIS oculis deberi videantur, quae ab his, quos TVA beneuolentia huc arceſſere non dedignata eſt, ſcripta eduntur. TIBI enim rationes temporis in TVA acti *Georgia Auguſta* reddendae ſunt: in quibus putandis, cum aequi non minus et boni, quam caſti iudicis fungaris partibus; gaudeo quidem, id quod debeo, me debere. Timide enim id, quod facere geſtio, facturus eſſem, niſi idem me debere exiſtimarem.

Vltimum vitae omnis eruditionis laudibus clarae triennium, ſacris litteris, atque inprimis *Paulli* gentium apoſtoli epiſtolis pertractandis conſecrauit, decus quondam Britanniae, *Ioannes Lockius.* Hinc natae eius *paraphraſes et notae in epiſtolas Paulli ad Romanos, Corinthios,*

 Gala-

Galatas, atque Ephesios: in quibus filum illud Ariadnaeum, quo duce ex tot interpretum tricis ac quasi labyrintho felicissime se explicabunt lectores, demonstrare adlaborabat. Recte enim, quamuis illa praesidia non sperneret, quae linguarum periti interpretandis sacris paginis adhibent, existimabat; meras tenebras acutissimi scriptoris sanctas epistolas fore, nisi finem eius intelligamus, atque argumentorum illam seriem, quam mirifica arte nectere solet, seruemus. Cumque aliis confusae haud raro visae fuerint *Paulli* epistolae, nec sibi constantes, ac fallacibus argumentis ad ingenium nugarum Iudaicarum formatis plenae: praedicabat Anglorum philosophus, idque identidem ingerebat, *nullum sibi auctorem visum, in argumentando adcuratiorem, et cuius omnia dicta minus a scopo, quem sibi propositum habuerit, aberrarent, quam Paullum.* Nempe dicere cogunt multi apostolum, quae non dicebat, ac suas eius verbis sententias obtrudunt: hinc tenebrae, atque argumenta a re omnino aliena, cum alia prorsus probatum eat apostolus, de aliis hi cogitent, qui illum interpretantur.

Eo plausu exceperunt *Lockii paraphrases* Britanni, vt non quarta solum earum editio anno CIƆ IƆ CC XLII prodierit, sed et aemula aliorum studia excitarint. Eius enim vesti-

vestigia legentes *Iacobus Peircius*, et *Georgius Bensonius*, eadem ratione, quamquam maiore adparatu eruditionis philologicae in subsidium vocato, et vberius, interpretati sunt, hic epistolas *Paulli* ad *Thessalonicenses*, *Timotheum*, *Titum* et *Philemonem*, atque ex catholicis, *Iacobi*, et *Petri priorem epistolam*; ille *Paulli* litteras, ad *Philippenses*, *Colossenses*, atque *Hebraeos* datas. Epistolam ad *Hebraeos* quum incredibili studio atque ita interpretaretur, vt hoc eius opus vnum omnium maxime probarent eruditi Angli, morte occupatus fuit: vnde quae eius schedis nondum illustrata erant commata, *Iosephus Hallettus* eadem industria et solertia interpretatus est. *Bensonius* vero, qui adhuc in viuis est, promisit, reliquas se epistolas, quas catholicas dicimus, *Petri*, *Ioannis*, *Iudae*, eodem scriptionis genere persequuturum.

Lockii, *Peircii*, et *Bensonii* paraphrases atque obseruationes cum praeclara haud pauca contineant, reliquis interpretibus nondum dicta, atque ego quidem illis ex parte debeam, quod epistolas apostolorum rectius mihi intelligere videor: non inutilem duxi operam, si Anglice huc vsque loquuti, me interprete latine loqui adsuescerent. Ne tamen sterili interpretis officio fungerer,

meas

meas obſeruationes et explicationes illorum notis inſpergere auſus ſum: in quibus cum ab aliis dicta non omnino neglexi, tum vero inprimis ea exponere ſtatui, quae aliquo iure mea vocare poſſem.

Vnum erat, quod a propoſito dimouere me potuiſſet: quod intelligerem, de ſacrificio Chriſti piaculari hos auctores non ſatis recta ſenſiſſe, atque ad partes Arminianas pronos fuiſſe, nonnullis videri. Nec equidem rem negauerim: exiſtimabam tamen, cum aliorum ſcripta, in quos idem crimen valet, legat, atque cum plauſu nec ſine inſigni fructu legat eccleſia; non inutile fore, et hos in eam linguam transferri, in qua ab eruditis intelligerentur omnibus. Minoris periculi rem eſſe credidi, cum latine eos verterem, vt incautae atque ignarae plebi, quae iudicare ſibi non permittens, quaecunque legit, feſtinantius arripit, fraudi eſſe non poſſent. Ne tamen culpae quid in me reſidere videretur, hanc mihi legem ſtatui, vt interpretationes doctrinam de ſacrificio a filio Dei pro nobis oblato labefactantes, quam curatiſſime poſſem, refellerem, ac veram ſacrae ſcripturae mentem diligenter demonſtrarem, ſi illa viros oculatos caetera, at placita ſua nonnunquam exoſculantes, fugiſſe videretur.

His

His tamen finibus disputationem omnem coërcendam duxi, vt ad solam exegesin atque interpretationem epistolarum tractatarum pertineret, non alia aliunde petita Arminianorum oppugnaret argumenta, quod, vt ab aliis dudum factum est, ita nec magni negotii nobis vestigia illorum prementibus, nec magni vsus lectoribus esse potuisset. Quam formam quasi ac descriptionem laboris a me suscepti si TVO, VIR ILLVSTRISSIME, iudicio probauero; tum demum recte eam ac bene informatam sperare audebo.

Epistola *Iacobi* cum ex *catholicis* prima sit, ac maxime opus habere interprete videatur, qui filum orationis intricatum sane, ac breuitate sententiarum abruptum, explicet; hanc primam Latio vindicandam credidi: quam *Paulli* ad *Hebraeos* litterae, atque deinde reliquae omnes deinceps subsequentur.

Iamque TIBI, ILLVSTRISSIME DOMINE, cui reddendae erant et huius laboris et collocati temporis mei vniuersi rationes, reddidisse videor. Superest, vt TVAE me indulgentiae, ad quam omnes

adſpirant, eo commendem animo, qui hominem decet TVO NOMINI ILLVSTRISSIMO addictum, de TVO certum bene omnibus faciendi ſtudio.

Concedas, ILLVSTRISSIME DOMINE, precibus meis, vt ad curam TVAM, ac (ſi fas eſt magna optare,) peculiarem pertineam, TVISque auſpiciis, et fauſti nominis, quo haec ſe iactat pagina, ſalutari omine, et reliqua mea coepta, et exilis hic labor, cuius TIBI primitias dico, facilem curſum ac felicem conſequantur.

Pro ſalute TVA, ILLVSTRISSIME DOMINE, ſi vota ſuſcepero, vt diu rem fulcias publicam, diu litteras adfectu paterna indulgentia molliori amplectare, ſero mortalis eſſe deſinas: facile equidem votorum meorum veritatem atque ingenuum candorem et TIBI probauero, et reliquis, qui TE norunt, omnibus. Quis eſt enim, non dicam in Georgia Auguſta, ſed in terris Brunsuicenſibus ac Luneburgenſibus, qui non ingentem otii atque felicitatis ſuae partem ex TVA vita, TVO ſpiritu pendere arbitretur? Quis eſt, qui

ad

commodis egregie inseruiunt sine temporis et laboris dispendio, atque lectores neque diuertunt aliorsum, neque cum taedio morantur, sed in penetralia scriptorum introducunt, quos loquentes sistunt, atque non solum cogitata sua copiosius exponentes, verum etiam finium, ordinis, verborum et locutionum rationes reddentes, repraesentant.

Peculiari nunc comparatione paraphrasium supra commemoratarum supersedebo, quam facile instituent, qui singulas perlustrare poterunt, alii difficulter intelligerent sine longiore dissertatione, quam praefationi conueniret. Id tamen confidenter affirmo, neque caussa incognita neque sine ratione primas a me deferri tribus illis paraphrastis, quorum mentionem antea feci: licet et reliquos enarratos magnifaciam plerosque, WHITBYVM in primis atque PATRICIVM; et singulas *peircianas*, *bensonianas* ac *chandlerianas* interpretationes sententiasque meas facere, aut illarum veritatem per omnia praestare nolim.

Multo minus laudes gratiasque lectorum hic occupabo aut praeibo, quas clarissimus versionis huius scriptor ab omnibus meruit, qui librorum diuinorum interpretationi volunt triplici cura insigniter proficua, qua effecit, vt liber si quis vnquam commendabilis et in linguam pluribus cognitam, eleganter ac studiose tranlatus et accessionibus amplissimis vtilissimisque locupletatus prodiret, et minoris tamen constaret in posterum quam libri in *Anglia* editi veneunt.

Quam ob rem, quod vnum iam relinquitur, indulgentissimum DEI O. M. numen supplex rogo, velit, iubeat feliciter continuari laborem vtilitati publicae destinatum, atque in rem ciuitatis suae cedere, eoque oraculorum, immortali beneficio generis humani datorum, intelligentiae consuli, ac ipsum scientiae salutarium doctrinarum studium modis omnibus prouehi rectissime. Dedi Halae ad Salam in acad. Frideric. d. XXVI Mart. CIƆ IƆ C C XXXXVI.



PARA-

nitatem et praecisionem versionis, qua sermonis sensus ad verbum redditur sine vlla eorum accessione, quae in illo diserte non commemorantur 28), atque copiosam vbertatem prolixioris commentarii, quo res et argumentum sermonis magis aeque saltem quam sensus explicatur, illustratur et ad varios vsus applicatur. Vnde apparet huc redire quae a bona paraphrasi abesse nequeunt, vt primum sermo interpretandus copiosior efficiatur, latius, diductius et euidentius proferatur accessionibusque opportunis amplificetur, atque adeo verbis non solum pluribus, verum etiam clarioribus atque ab ambiguitatis periculo remotioribus reddatur, quam ab ipso scriptore factum est, et per alios sermonis fines fieri potuit; deinde vt omnis complexus cogitationum, non solum diserte et explicite edictarum, verum etiam

to occupatus, vbi sic pronuntiat: *neque ego paraphrasin esse interpretationem tantum volo, sed circa eosdem sensus certamen atque aemulationem*, quod ita prosequitur, vt non solum demonstret, posse eundem sensum sermonis pluribus modis efferri atque in hac varietate contentionem initius, verum etiam ostendat, nihil detrahi hac opera praestantissimis optimorum scriptorum sermonibus, sed *auctores maximos sic diligentius cognosci meliusque introspici quantum virtutis habeant*.

28) In adstricta interpretatione seu versione ex vna lingua in aliam, vel leuissimae accessiones per linguae indolem minus necessariae, etiamsi sensum sermonis certiorem melioremque efficiant aut magis determinent, quam fuerat antea, fraudi sunt et vitio vertuntur: quod sermo alia lingua redditus, vbi per scriptoris verba plures sensus admittit, iisdem pateat necesse est, vt sollicite et curate factus appareat, et omne periculum immutationis excludatur. Quae in paraphrasi aliter se habent, vbi in eo potissimum elaboratur, vt omnis sensuum diuersitas studiose arceatur nihilque relinquatur quod magis finiri possit.

etiam ſubintellectarum enarretur et ob oculos ponatur, atque adeo lectoribus operae in meditando collocandae compendium fiat; tandem vt ratio oſtendatur, qua ſingulae ſermonis partes cohaereant, vna ex altera fluat et ad alteram referatur, vniuerſae autem in vnum corpus coeant, quod nunquam perficitur ſine finium conſtitutione, quibus ſingula et cogitata et dicta deſtinantur, integrique ſermonis partitione.

Satis haec opinor demonſtrant, bonam paraphraſin neque leue aut expeditum adeo negotium eſſe, minore vel apparatu doctrinae, artis, et ſcientiae vel ſtudio operaque peragendum, quam prolixiſſimam interpretationem et illuſtrationem librorum; neque diſputatione difficiliorum locorum commode deſtitui ad amoliendam ſuſpicionem optionis temere et ex arbitrio factae in vno ſenſu ex pluribus eligendo ipſamque veriſimilitudinum contentionem lectoribus approbandam; neque ſine vitio abundare et diffluere, aut digreſſionibus ſcatere rerumque vbertate commentarios aequare; neque minus prodeſſe intelligentiae librorum prouehendae, quam aliud quoduis interpretationum et illuſtrationum genus. Vt enim obſeruationum ad loca librorum obſcuriora et impeditiora aeque ac verſionum ſcriptores interpretes alios iuuant, ipſi nec agunt, nec formant; prolixae autem commentationes quo vberiores ſunt et operoſiores in explicandis facilioribus locis aeque ac difficilioribus, rerumque propoſitarum argumentis diſputandis non minus quam ſermonis ſenſu conſtituendo, eo longius iter aliis praeeunt grauiusque negotium lectoribus pleriſque faceſſunt conquirendi breuem ſummam diſputationum, quae ſenſum librorum interpretandorum efficiat: ita paraphraſtae, partibus ſuis ſcienter defuncti, et tironum et exercitatiorum interpretum

commo-

ad hanc cogitationem, quod mortalium optimus mortalis tamen ſit, toto pectore non cohorreſcat? Noſtra magis quam TVA cauſſa optare videmur, vt diu TE mortalem diu immortalis illa ciuitas deſideret: atque etiam vt illi omnes, quibus REGVM OPTIMVS conſiliorum ſuorum vtitur adminiſtris, ſublimi eidem reipublicae ſuperorum diu debeantur. Omnes enim ſua iam ſponte mites et aequos, REX, quo meliorem optare non potuiſſemus, magis etiam ad ingenium ſuum ac virtutes praeclaro formauit exemplo; vt dubium ſit, prudentius feliciusque legerit amicos, an ſanctius et curatius vitae illis ſectam, quam probat, dictis ac factis commendauerit. Ea ergo praeſentis boni dulcedine tenemur, vt neminem illorum, quibus AVGVSTVS noſtrae felicitatis procuratoribus vtitur, vel cum optimo, qui fingi poteſt, ſucceſſore permutare velimus.

Reipublicae ergo, bonis litteris, Germaniae, Europae opto, vt diu de REGE AVGVSTISSIMO, terris Brunsuicenſibus, totaque patria, Germania, praeclare ac mirifice merearis, TVAque inprimis cura et ſa-

pientia vigeat atque adolescat, quam filiae loco diligis, GEORGIA AVGVSTA. Quibus votis, si supremus omnium rerum arbiter adnuerit, felicem se ac beatum praedicabit,

DOMINE ILLVSTRISSIME
ET
INDVLGENTISSIME,
ILLVSTRISSIMI NOMINIS TVI

Gottingae die 26 Mart.
CIↃ IↃ CCXLVI.

addictus piusque cultor
IOANNES DAVID MICHAELIS.



LECTORI BENEVOLO

SAL. PLVR. DIC.

SIGISM. IAC. BAVMGARTEN.



oluntati honorificae clariſſimi amiciſſimique ſcriptoris aeque ac exſpectationi lectorum rectius ſatisfacere, ipſique libro, cui impenſe cupio, melius conſulere poſſe non putaui, quam breui narratione praeſtantiſſimarum interpretationum paraphraſticarum librorum diuinitus ſcriptorum, quae apud *Anglos* prodierunt, vt de vtilitate ex hoc opere capienda facilius iudicari, et certius ipſi pretium ſtatui fructusque conſtare poſſit.

Licet enim neque primi fuerint *Angli*, qui hanc explicandi oracula diuina rationem recens excogitatam aliis prae-

fuerint 1); neque soli, qui in grauissimo hoc negotio excelluerint 2): illorum tamen huius generis laboribus disputationem meam circumscribendam esse duxi, quod tam frequentia, quam bonitate operae, in his commentationibus collocatae, effecerunt, vt principes facile euaserint; neque limites praefationis scribendae maiorem ambitum patiuntur; atque horum vt peregrinorum notitia apud nostrates rarior esse solet, ad vsum tamen operis, cuius nunc *latina* editio paratur, perspiciendum, laborisque commendationem maximopere profutura.

Ordiar

1) Vindicandus est ille principatus DESID. ERASMO *Roterodamo*, qui post instauratas litteras primus hanc commentandi rationem iniit *paraphrasi*, quam conscripsit librorum noui testamenti, si ab apocalypsi discesseris, omnium, et quae non solum *latine* saepius prodiit, sed digna etiam habita est quae in plures linguas conuerteretur. Quem proxime sequitur atque non immerito superare videtur MATTH. FLACIVS, qui in *glossa compendiaria* noui testamenti integri paraphrasin dedit non contemnendam. Neque HIERON. OSORIVS vterque praetereundus est in primis his paraphrastis, ambo enim feliciter in hoc interpretandi genere elaborarunt, prior de libris *Iobi*, *Psalmorum*, *Prouerbiorum*, *Iesaiae*, *Hoseae* et *Zachariae*, posterior de reliquis libris *Salomonis* psalmorumque paraphrasi annotationibus illustrata bene meritus.

2) Vt IO. CLERICI commentarios, vberioresque PHIL. LIMBORCHII non commemorem, qui ad paraphrasin proxime accedunt: praeclare de hoc commentandi genere meriti sunt et GE. CALIXTVS cum continuatore CONR. HORNEIO, quorum *expositiones litterales* in libros noui testamenti, luculentam et foecundam *paraphrasin* illorum exhibent; et SEB. SCHMIDIVS, cuius paraphrasis euangelii *Ioannis* exstat partisque epistolae ad *Romanos* aliarumque integrarum; et omnium maxime celeb. HERM. SAM. REIMARVS, cuius eximia paraphrasis libri IOBI commentario IO. ADOL. HOFFMANNI, cui inserta est, multum antecellit. Reliqui labores plerique, in quibus DAN. SEVER. SCVLTETI *paraphrasis continua in nou. test* a WERN. MICH. BORCHOLTO edita eminet, his excitatis insigniter concedunt.

3) Septi-

Ordiar in hoc censu agendo a paraphrastis noui testamenti, eos primum commemoraturus, qui illius integri paraphrases dederunt, ad peculiarium deinde librorum eodem comprehensorum interpretes progressurus.

Primus illorum est HENR. HAMMONDVS, cuius paraphrasis totius noui testamenti prolixis annotationibus illustrata 3) exteris magis innotuit opera IO. CLERICI, qui illam *latine* redditam amplissima obseruationum accessione auxit 4).

Hunc

3) Septimum prodiit liber an. CIƆ IƆ CCII in folio inscriptus *a paraphrase and annotations upon all the books of the new testament, briefly explaining all the difficult places thereof;* atque in editione operum *Hammondi* a WIL. FVLLMAN a. CIƆ IƆ CLXXXIII procurata tom. IIII. Ante mortem auctoris an. CIƆ IƆ CLX bis editus est, an. CIƆ IƆ CLIII et CIƆ IƆ CLVIIII, alterique editioni insertae accessiones, quas antea seorsim ediderat scriptor in forma octaua, *review of the paraphrase and annotations on the n. test. with some additions and alterations.* Vitae descriptio *the life of the most learned, rever. and pious Dr. Henr. Hammond* an. CIƆ IƆ CLXI edita IO. FELLO debetur, cuius summa exhibetur in ANT. WOOD *hist. of all the writers, who have had their education in the vniversity of Oxford* vol. II. p. CLXXXVI - CCLI.

4) Duae exstant huius versionis editiones, prior CIƆ IƆ CLXXXXVIII *Amstelodami* prodiit, altera insigniter aucta *Lipsiae* CIƆ IƆ CCXIIII: prioris editionis accessiones, in quibus HAMMONDI sententiae frequenter confutantur, breui post *anglice* redditae, peculiari apologia impugnatae sunt CIƆ IƆ CLXXXXVIIII *the rever. and learned Dr. Hammond and his paraphrase and annotations on the n. test. vindicated.* Cui defensioni obuiam iuit CLERICVS in iterata versionis editione, quae non solum plures confutationes, verum etiam frequentes obseruationum nouarum amplificationes exhibet maximam partem ex *gallica* nou. test. illustratione desumtas, quae CIƆ IƆ CCIII prodierat magnasque suspiciones fecerat. Vnde apparet accessiones CLERICI paradoxorum abundantia *hammondianis* annotationibus nihil concedere,

atque

Hunc excipit RICH. BAXTER, qui breuiorem quidem, sed non contemnendam interpretationem noui testamenti scripsit paraphrasi difficiliorum locorum et succinctis annotationibus 5).

Praegressos hos non mole libri magis quam praestantia interpretationum et illustrationum superauit DANIEL WHITBY, qui luculentam et foecundam librorum noui test. omnium, excepta apocalypsi, paraphrasin, vberrimasque obseruationes ad loca difficiliora scripsit cum dissertationibus nonnullis et introductionibus in singulos libros 6). Tantum abfuit auctor in eximio hoc opere ab opinionibus *antitrinitariorum*, ad quorum partes in vltimo vitae actu et quum animam ageret transiit, vt potissimorum locorum ab his aduersariis impugnatorum vindicias obseruationibus inseruerit, atque in discutiendis illorum detorsionibus sensus oraculorum diuinorum non infeliciter elabo- raue-

atque in vtriusque opinionibus vt eximia multa, ita non pauciora occurrere, quae circumspectionem cautumque examen requirunt.

5) Inscribitur liber *a paraphrase on the new test. with notes, doctrinal and practical, by plainneß and brevity fitted to the use of religious families, in their daily reading of the scriptures, and of the younger and poorer sort of Scholars and ministres, who want fuller helps, with an advertissement of the difficulties in the reuelation* in 8; in cuius tertiae editionis anni CIↃ IↃ C C I appendice, relatio apologetica comparet controuersiarum scriptori, ob aliquot harum obseruationum loca motarum, quae ipsi post primam editionem anni CIↃ IↃ C L X X X V carcerem biennii fere parauerant.

6) Quintum prodiit liber anno CIↃ IↃ C C X X V I I *a paraphrase and commentary on the new testament, in two volumes, the first containing the four gospels and the acts, the second all the epistles, with a discourse of the millennium, to which is added a chronology of the n. test. a map and an alphabetical table of all the places mentioned in the gospels acts or the epistles, with tables to each of the matters contained, and of the words and phrases explained throughout the whole work.*

7) Non

tauerit, licet per reliqua ab insolitis sententiis non abhorreat atque in doctrinis quibusdam *arminianorum* vlterius progressus sit quam a plerisque ecclesiae *anglicanae* doctoribus fieri solet.

Ex singularium librorum paraphrastis solus ad quatuor euangeliorum interpretationem accessit SAM. CLARK 7), de bonis litteris atque scientiis immortaliter meritus, qui dubium reli-

7) Non confundendus cum aliis, qui vtrumque nomen commune habuerunt, in quibus tres theologi scriptis inclaruerunt, duo autem de libris diuinis bene meriti sunt. Vnus martyrologii scriptor, cuius tertia editio anni CIↃ IↃ CLXXVII inscribitur *a general martyrologie containing a collection of all the greatest persecutions, which have befallen the church of Christ from the creation to our present time, wherein is given an exact account of the protestants Sufferings in Queen Maries reign; whith the lives of 32 english Divines:* alter linguarum orientalium peritissimus atque industrius bibliorum polyglottorum, quae in *Anglia* prodierunt, pararius laborisque socius, cuius tamen pleraque illi operi destinata, eiusque septimum volumen effectura, inedita manserunt: tertius interpres non omnino nihili faciendus, qui tum noui testamenti illustrationem scripsit *the n. test. whith annotations, containing 1) an interpretation of all difficult phrases and words, 2) parallel scriptures both as to matter and words, to which is annexed the harmony of the gospels* an. CIↃ IↃ CLXXXIII in quarto; tum eximiam editionem codicis sacri procurauit an. CIↃ IↃ C LXXXX* *the holy bible with annotations and parallel scriptures, to which is annexed the harmony of the gospels, as also the reduction of the Jewish weights, coins and measures to our english standards, and a table of the promises in scripture;* tum denique commentarium *anglicum* librorum diuinorum in vniuersum omnium a MATTH. POOL affectum a *Ies.* LVIIII continuari curauit, sociorumque compilationes vna cum EDW. VEALE digessit atque edidit an. CIↃ IↃ CLXXXV et CIↃ IↃ CLXXXVIII vol. II in folio, cuius nunc versio *germanica* ab AVG. TITTELIO editur, licet opus recentiorum commentariis tam integri codicis diuini, quam singularium librorum, longe inferius sit, neque ab erroribus immune, neque satis aequabile, sed

reliquit vtrum sanctiori doctrinae plus profuerit eruditione, an nocuerit speciosa errorum defensione, inprimis ex quo *semiarianorum* instauratam opinionem amplexus est, et propugnatum iuit, hanc certe indubiam laudem consecutus, quod paraphrasin euangeliorum concinnauit quae aliis artis exemplum praebuit 8).

Litte-

ex auctorum diuersitate impari que doctrina nonnihil detrimenti passum, quos cum plerumque et ab ipso versionis huius scriptore ignorari videam, hic commemorabo. Fuerunt autem praeter CLARKIVM hi vndecim; IO. IACKSON, qui duo tantum capita *Iesaiae* LVIIII et LX explicauit; IO. COLLINGS, qui reliqua sex capita *Iesaiae*, vaticinia et threnos *Ieremiae*, quatuor euangelia, vtramque ep. ad *Corinthios* et *Timotheum*, *Titum* etiam et *Philemonem* cum *Apocalypsi* interpretatus est; HENR HVRST, qui *Heskielem* et XII prophetas minores illustrauit; WIL. COOPER, *Danielis* interpres; PET. VINKE, qui *acta apostolorum* exposuit; RICH. MAYO, qui epist ad *Romanos* explicauit; EDV. VEALE, qui epistolas ad *Ephesios*, *Galatas*, *Iacobi*, *Petri* et *Iudae* commentario illustrauit; RICH. ADAMS, qui epistolas ad *Philippenses* et *Colossenses* interpretatus est; RICH. BARKER, qui vtramque ad *Thessalonicenses* epistolam exposuit; OBAD. HVGHES, epistolae ad *Hebraeos* interpres; et IO HOWE, qui ad tres *Ioannis* epistolas commentatus est; de quibus plura referuntur in IO. LEWIS *complete history of the several translations of the holy bible and new testament into english* p. CCCXXXXV etc. editionis secundae anni CIↃ IↃ CCXXXVIIII.

8) Seorsim saepius prodiit *a paraphrase of the four Evangelists, wherein for the clearer understanding of the sacred history, the whole text and paraphrase are printed in separate columns over against each other, with critical notes on the more difficult passages*, et primum locum occupat, in tertio operum SAM. CLARKII volumine, quae quatuor tomis in folio CIↃ IↃ CCXXXVIII prodierunt, cum praemissa historia vitae auctoris a BENIAM HOADLY conscripta, cum qua narratio conferenda est quam IO. PET. NICERON exhibet in *memoires pour servir a l' histoire des hommes illustres dans la republique des lettres tom.* XXXV. p. CCCXXXXVI-CCCLXXIIII.

Litterarum ab apostolis datarum duae exstant paraphrases peculiares.

Vna epistolarnm *paulinarum* ad vnam omnium, quae sine mentione auctoris *Oxoniae* prodiit an. CIↃ IↃ CLXXXIIII, atque a nonnullis IO. FELLO tribuitur, rectius tamen OBAD. WALKERO accepta refertur, qui breui post ad sacra pontificiorum transiit doctrinam ipsorum professus, cuius non obscura vestigia iam in ipso hoc opere apparent 9).

Altera

9) Ex theatro *Sheldoniano* prodiit in forma octaua maiori *a paraphrase and annotations upon all the epistles of St. Paul*; cuius editionem anni CIↃ IↃ CCII commemorat celeberr. CHRISTOPH. MATTH. PFAFFIVS *introd. in histor. theologiae litterariam* lib. I. §. XIII. vol. I. p. CLXVII adiecta diserta mentione auctoris IO. FELLI, cuius fide idem perhibui in *notitia libr. theologicorum* §. XXXV. Mutaui tamen sententiam, quae coniecturae ex consuetudine FELLI edendi quotannis libellum ex theatro *Sheldoniano* sine mentione auctoris, ad eius exempla litterarum cultoribus dono danda, profectae, originem debere videtur, post quam perspexi non solum ab ANT. WOOD in recensendis libris FELLI, quo tamen familiariter vsus est, plane praeteriri hanc paraphrasin, verum etiam disertam illius mentionem fieri in WALKERI vita *athenarum Oxoniensium* s. *hist. of the Writers ect. vol.* II p. DCCCCXXXIII etc. idemque memorari in HENR. LVD. BENTHEMII *engeländischem Kirchen- und Schulen-Staat* c. XXVIIII §. CCLVIII ed. CIↃ IↃ CCXXXII p. CIↃCX, indubiumque fieri inuestigatione oraculorum, quibus ad errores colorandos abuti solent pontificii, vbi tectius quidem satis tamen ad suspicionem faciendam pellucet auctoris propensio ad illorum doctrinam. Intelligitur simul ex relatione WOODII cum FELLVM eo tempore librorum *Oxonii* editorum censorem egisse atque approbasse libros WALKERI ipsamque hanc *paraphrasin*, quam si distribuendam publice donandamque ipsum adeuntibus, vt probabile est, curauit, fieri facile potuit, vt eius scriptor perhiberetur, inprimis ad editioni alteri auctoritatem conciliandam amoliendamque errorum suspicionem; tum CIↃ IↃ CLXXV prodiisse eiusdem scriptoris paraphrasin quatuor *Pauli* episto-

Altera et praestantior longe et maioris ambitus est, atque ad reliquorum apostolorum, seu *catholicas* aeque ac PAVLI epistolas pertinet, non tamen vnum scriptorem habet, sed plures.

Primus exemplum illius praeiuit IO. LOCKIVS scripta paraphrasi quinque epistolarum *Pauli* ad *Galatas*, vtriusque ad *Corinthios*, *Romanos* et *Ephesios*, quae cum dissertatione de interpretandis epistolis *paulinis* ex ipso PAVLO 10) post mortem auctoris, qui ex vita discessit an. CIↃ IↃ CC IIII, in lucem prodiit CIↃ IↃ CCVI, atque ita se probauit lectoribus, vt non solum plures primam exceperint editiones, verum etiam alios excitauerit operis continuandi perficiendique scriptores, tempore magis, quam dexteritate, industria, doctrina felicique laboris successu LOCKIO postponendos, cuius commentandi rationem imitati quidem sunt, ipsas tamen commentationes insigniter supergressi.

Initium felicis huius imitationis fecit IAC. PEIRCE, celebris *presbyterianorum* doctor, qui laudem, quam aliis libris meruerat, neque controuersiis et litibus ipsaque muneris iactura perdiderat, incredibiliter auxit postremo hoc labore doctrinaeque monumento, cui immortuus est 11). Ipse edidit et paraphrasin epistolae ad *Colossenses* cum appendice in EPH. IIII com-

epistolarum ad *Romanos*, *Corinthios* et *Hebraeos* prodromum illius paraphraseos, quam supra commemoraui.

10) Inscribitur *a paraphrase and notes on the epistles of St. Paul to the Galatians, Corinthians, Romans, Ephesians, to which is prefixed an Essay for the understanding of St. Pauls epistles by consulting St. Paul himself.* Vitam interpretis dederunt IO. CLERICVS in *bibliotheque choisie tom.* VI et IO. PET. NICERON in *memoires tom.* I. p. XXXV.

11) Differt hic scriptor a duobus anglicanae ecclesiae doctoribus clarissimis et ZACH. PEARCE nostri et THOM. PIERCE XVI saeculi, cum quo facilius confunditur si PIERCE scribitur, quod ab ipsomet saepius factum est atque in prioribus libris editis legitur; vnde perperam nonnulli

com. VIII et similem paraphrasin ep. ad *Philippenses* cum duabus dissertationibus, vna in GAL. IIII *com.* XXI, altera in MATTH. II *com.* XIII - XV. Post mortem vero BENI. AVERY edidit paraphrasin decem priorum capitum epist. ad *Hebraeos*, cui supplementa scripsit continuata et perfecta interpretatione trium reliquorum epistolae capitum adiectaque dissertatione de scriptore epistolae et lingua, qua primum conscripta fuit, IOSEPH HALLET iunior, quae omnia vno volumine comprehensa iterum prodierunt CIↃ IↃ CCXXXIII vna cum sex dissertationibus *Peircianis* in ROM. XV *com.* VII - VIIII, II COR. IIII *com.* XIII, IOAN. XIII *com.* XVIII. XVIIII, MATTH. V *com.* XIIII-XVI,

nulli IACOBVM PIERCIVM a IAC. PEIRCIO distinxerunt. Noster primum celebritatem consecutus est scripta apologia nonconformistarum, vti vocantur, contra WILL. NICHOLSII *defensionem ecclesiae anglicanae*, quae *latine* prodiit inscriptione *vindiciarum fratrum dissentientium in Anglia* insignita, *anglice* deinde versa est multumque aucta CIↃ IↃ CCXVIII *a vindication of the dissenters in answer to Dr. Will. Nichols defence of the doctrine and discipline of the church of England in three parts.* Maiorem ipsi molestiam concitauit, quae breui post consecuta est, disceptatio de formula confessionis contra *arianismi* suspiciones subscribenda, quod pertinaciter negauit atque a statione *exoniensi* discedere, quam synodi *presbyterianorum* decretis hac in re obsequi maluit. Reliqua illius scripta haec mihi innotuerunt *an essay in favour of the ancient practice of giving the eucharist to children*; et *fifteen sermons on several occasions, to which is added a scripture catechism, or the principles of the christian religion laid down in the words of the bible.* A continuatore PEIRCII autem HALLETO prodiit *a free and impartial study of the holy scriptures recommended* voluminibus duobus: disputationem ipsius de auctore et lingua originali epist. ad *Hebraeos* dignam iudicauit IO. CHRISTOPH. WOLFFIVS, quam *latine* conuersam suisque adnotationibus illustratam curis philologicis et criticis in nou. test. insereret, in quarum vol. III p. DCCCLVI ad DCCCXXXVII comparet.

XVI, MARC. VI *com.* XXXVIIII. XXXX et I COR. VIII *com.* III 12).

Successit in hunc laborem PEIRCIO neque aliis meritis librisque eximiis, neque arte operaque feliciter collocata inferior GEORG. BENSON 13) iisdem *presbyterianorum* partibus addi-

12) Plena libri inscriptio in altera editione haec habet *a paraphrase and notes on the epistles of St. Paul to the Colossians, Philippians, and Hebrews; after the manner of Mr. Lockes: to which are annexed several critical dissertations on particular texts of scripture, by the late rever. and learned Mr.* IAMES PEIRCE *of Exon, with a paraphrase and notes on the three last chapters of the Hebrews left unfinished by Mr. Peirce, and an essay to discover the author of the epistle and language in which it was originally written, by Ioseph Hallet.*

13) Reliqua scripta, quae a BENSONO profecta comperi, praeter commemoranda illico, haec potissimum sunt 1) *two lettres to a Freind, the first concerning the end and design of prayer, or the reasonableness of praying to an unchangeably wise, powerful and good God, in answer to the obiections of the late Earl of Rochester, Mr. Blount and other modern deists; to which is added the 30th dissertation of Maximus Tyrius translated from the greek concerning this question, whether we ought to pray to God or not, with remarks upon it: the second lettre, the doctrine of predestination revieuw'd, or the nature of the counsels and decrees of God and the rise and occasion of the scripture language concerning them*, cuius altera editio accessionibus amplificata, prioris epistolae autem versio *germanica* vener. CHRIST. KORTHOLTI annotationibus et tractatione noua eiusdem argumenti aucta prodiit CIϽ IϽ CCXXXVI *Herrn Georg Bensons Predigers einer presbyterianischen Gemeine zu Southwark in Londen vernunftmässige Vertheidigung des Gebeths.* Et 2) *the reasonablenesss of the christian religion as delivered in the scriptures, being an answer to a late treatise intit'led christianity not founded on argument* etc.

14) Seorsim

addictus, qui epistolarum reliquarum paraphrases daturus, decem epistolas interpretatus est commentationibusque dissertationes nonnullas adiecit lectu dignissimas: ad *Philemonem*, vtramque ad *Thessalonicenses*, atque *Timotheum*, neque minus ad *Titum*, quarum paraphrases vno volumine comprehensae sunt an. CIↃ IↃ C C XXXIIII, quod has dissertationes insertas habet (1) appendicem ep. ad *Philemonem*, qua demonstratur PAVLVM neque *enthusiastam* neque impostorem fuisse, atque adeo *christianam* doctrinam, quam professus est, diuinitus profectam esse; (2) appendicem posterioris ad *Thessalonicenses*, quae duabus dissertationibus absoluitur, vna in II *Thess.* I *com.* V, altera in II *Thess.* II *com.* III - XII 14); (3) dissertationem de inspiratione; (4) de abrogatione legis caerimonialis; et (5) de constitutione primitiuae ecclesiae et cultu religioso *christianorum* tempore donorum miraculosorum 15): has exceperunt epistola *Iacobi*, quae cum dissertatione in *Iac.* II *com.* XIIII - XX prodiit an. CIↃ IↃ C C XXXVIII 16); et prior ep. *Petri* cum diss. in I *Pet.* III *com.* XVII etc. edita an.

14) Seorsim postea prodiit haec dissertatio insigniter amplificata *a dissertation on 2 Thess. II, 1 - 12. in which is shown, that the bishop of Rome is the Man of Sin, that the whole prophecy is applicable to him and his adherents, and to them alone, nor can we at this day describe the apostasy of the church of Rome in a more concise and lively manner, than the apostle hath done in that short and remarkable prophecy.*

15) *A paraphrase and notes on the ep. of St. Paul. to Philem. 1 and 2 Thess. 1 Tim. Titus and 2 Timothy attempted in imitation of Mr. Lockes manner, to which are annexed critical dissertations on several subiects for the better understanding of St. Pauls epistles.*

16) *A paraphrase and notes on the epistle of St. James attempted in imitation of Mr. Lockes manner, with a diss. on Jam. 2, 14 - 20 or an essay to reconcile what St. Paul has said concerning Mens being justified by faith,*

an. CIↃ IↃ CCXXXXII 17); atque omnium recentissime posterior PETRI vna cum epistola IVDAE, a me tamen nondum visa.

Neque praetereundus hic est alius eiusdem scriptoris liber, si quis vnquam ad interpretationem noui testamenti commendabilis, quem inscripsit *historiam primae plantationis ciuitatis christianae, desumtam ex apostolorum actis et epistolis, vna cum rebus Iudaeorum atque Romanorum illius temporis praecipuis quae ad Christianos spectarunt, adiecta appendice, qua demonstratur et Lucam scripsisse acta apostolorum, et ex veritate historiae iisdem comprehensae consequi necessario veritatem doctrinae Christianae* duobus voluminibus in quarto editum CIↃIↃCCXXXV 18). Duplici enim ratione in paraphrasibus noui testamenti locum sibi vindicat: dum non solum accuratam sermonum omnium a viris diuinitus actis habitorum, quotquot in actis apostolorum deprehenduntur, paraphrasin exhibet; verum etiam singularum epistolarum a PAVLO eo tempore, cuius historiam LVCAS scripsit, datarum conspe-

faith, with what St. James has said concerning their being justified by works.

17) *A paraphr. and notes on the first ep. of St. Peter attemted in imit. of Mr. Lockes manner, with an essay to explain what is meant by Christs preaching to the Spirits in prison or a diss. on 1 Pet. 3, 17* etc. Licet hi libri nomen scriptoris prae se non ferant, indubie tamen ipsi auctori tribui debent.

18) *The history of the first planting the christian religion, taken from the acts of the apostles and their epistles, together with the remarkable facts of the iewish and roman history which affected the christians within this period, with an appendix to prove, that St. Luke wrote the acts of the apostles, and to show that, if the acts contain a true history, christianity must be true.*

19) Volu-

ſpectum et ſummam paraphraſticam proponit 19), earumque intelligentiae non exiguam lucem affundit 20).

Progredior nunc ex ordine, quem ſupra mihi praeſcripſi, ad paraphraſtes librorum vet. teſtamenti, in quibus, ad argumenti ſeriem recenſendis, hos potiſſimum habeo commemorandos.

THOMAS PYLE, eccleſiae *anglicanae* presbyter, librorum hiſtoricorum vet. teſtamenti paraphraſin *clarkiana* methodo conſcriptam dedit quatuor voluminibus in forma octaua maiori, quorum altera editio an. CIƆ IƆCCXXVIII prodiit 21).

SIMON

19) Volumine II p. CXI etc. lib. III c. V ſect. VIIII argumentum epiſt. prioris ad *Theſſalonicenſes* exhibetur; ſect. X poſterioris; ſect. XI epiſtolae ad *Galatas*; cap. VII ſect. IIII prioris ad *Corinthios*; ſect. VI prioris ad *Timotheum*; ſect. VII poſterioris ad *Corinthios*; ſect. VIII ep. ad *Romanos*; cap. X ſect. VIII epiſtolae ad *Epheſios*, quam *Laodiceam* miſſam eſſe exiſtimat, idque ſect. VII probatum iuerat; ſect. VIII ep. ad *Coloſſenſes*; ſect. X epiſt. ad *Philemonem*; et ſect. XI epiſtolae ad *Philippenſes*.

20) Praeter ea, quae commemoraui ſupra, id egit ſcriptor eximius, vt nexum hiſtoriae profanae cum ſacra in libris diuinis obuia, ab HVMPHR. PRIDEAVX et SAM. SHVKFORD in veteris teſtamenti libris demonſtratum, atque a NATHAN. LARDNER per euangeliorum libros continuatum ad finem temporis in actis apoſtolorum deſcripti perduceret; atque adeo veritatem hiſtoriae in illis enarratae confirmaret: neque infeliciter perfecit negotium et doctrinae Chriſtianae ſtabiliendae et libris diuinis eo tempore ſcriptis rectius interpretandis apprime proficuum.

21) *A paraphraſe with ſhort and vſeful notes on the books of de old teſtament after de manner of Dr. Clarke on the Euangeliſts. In four volumes.*

SIMON PATRICK, *elienſis* epiſcopus, vberrimis commentariis in libros hiſtoricos vet. teſt. ſcriptis de re ſacra meritiſſimus, librum *Iobi* 22) et *Pſalmorum* librosque *Salomonis* omnes foecunda paraphraſi et annotationibus illuſtrauit 23).

HENR. HAMMONDVS gloriam paraphraſi noui teſtamenti partam, non obſcurauit, ſed magnopere auxit paraphraſi pſalmorum integra, prouerbiorumque affecta, quae poſt auctoris mortem prodiit 24).

Tandem

mes. vol. 1. containing the books of geneſis and exodus: vol. 2 the books of Leviticus, Numbers and Deutoronomy: vol. 3 the books of Ioshua, Judges, Ruth, and the two books of Samuel: vol. 4 the two books of Kings, the 2 books of Chronicles, the books of Ezra, Nehemiah and Eſther.

22) Eiusdem libri alia exſtat explicatio a RICH. BLACKMORE conſcripta *a paraphraſe on the book of Iob*, quae CIↃIↃCC in folio prodiiſſe dicitur, a me nunquam viſa; tertia etiam vetuſtior, quam GE. ABBOT an. CIↃ IↃ C XXXX edidit in quarto.

23) Harum paraphraſium in vnum corpus collectarum noua editio prodiit CIↃ IↃ CC XXVIIII voluminibus tribus in forma octaua maiore, cuius vol. primum inſcribitur *the books of Iob and Pſalms paraphraſed, with arguments to each chapter, and annotations thereupon;* vol. ſecundum, *the books of Pſalms and proverbs paraphraſd* etc. quod a Pſ. LXXIII ad Prou. cap. XXII progreditur; et vol. tertium *a paraphraſe on the proverbs, eccleſiaſtes and Song of Salomon* etc.

24) Ipſemet edidit *paraphraſe and annotations on the book of Pſalms* CIↃ IↃ C LVIIII in folio; *the paraphraſe and annotations upon the ten firſt*

Tandem SAM. CHANDLER 25) laudabile consilium iniit illustrandi vaticinia prophetarum paraphrasibus, eiusque rei perficiendae specimen edidit explicatione IOELIS eximia, quae an. CIↃ IↃ CCXXXV in quarto prodiit 26), in cuius praefatione

first chapters of the proverbs vero an. CIↃ IↃ CLXXXIII prodiit eadem forma.

25) Distinguendus est celeberrimus hic *presbyterianorum* scriptor ab aliis CHANDLERIS, inprimis EDVARDO episcopo *Lichtfeldiensi* primum, postea *Dunelmensi*, cuius praeter alia exstat incomparabile scriptum *a defence of christianity from the prophecies in the old testament, wherein are consider'd all the obiections against this Kind of proof advanced in a late discourse of the grounds and reasons of christian religion*, eiusdemque contra ANT. COLLINI nouas exceptiones defensio inscripta *apology of the defence:* atque a BENIAMIN CHANDLERO, cuius prodiit liber inscriptus *an essay of Infant baptism by pouring or sprinkling, containing some reflections on Dr. Gales lettres, in several lettres to a Freind.* SAMVELIS nostri prodierunt cum *the history of the inquisition by Phil. a Limborch translated, to which is prefixed a large introduction concerning the rise and progress of persecution, and the real and pretendend causes of it*, quae introductio confutationes quasdam peperit WILHELMI BERRIMANNI inprimis, quibus nonnullae defensiones obuiam processerunt; tum eximia scripta, quibus caussa doctrinae *Christianae* librorumque diuinorum feliciter agitur, quo pertinet *a vindication of the christian religion in a discourse of the nature and vse of miracles, and an answer to a late book intitled a discourse of the grounds* etc; neque minus *a vindication of the history of the old testament in answer to the moral philosopher*, cuius duo iam exstant volumina; et denique *the witnesses of the resurrection of Christ reexamined*, vbi praeclara demonstratio resurrectionis CHRISTI a THOM. SHERLOCK scripta, ab iniquissima impugnatione defenditur et confirmatur.

26) *A paraphrase and critical commentary on the prophecy of Joel*, cum appendi-

fatione ſpem fecit fidemque dedit operae per reliquos libros propheticos vet. teſt. continuandae.


Apparebit ex hac narratione pleroſque et praeſtantiſſimos interpretes *Anglorum* recentiores hanc viam explicandi illuſtrandique oracula diuina ingreſſos eſſe, eamque reliquis commentandi modis praetuliſſe: quod vt euidentius intelligatur temere factum non fuiſſe, breuiter rationes ſubducam, quibus huiusmodi commentationum prae aliis interpretationibus praeſtantia efficiatur; vnde ſimul conſequetur, in ipſis paraphraſtis horum triumvirorum BENSONI, PEIRCII et CHANDLERI labores aliis artis methodique palmam praeripuiſſe, atque in primis gratiam et laudem mereri.

Quod vt ordine fiat faciliusque obtineatur, ipſa prius natura et conditio commentationis paraphraſticae intelligendis libris profuturae diſquirenda eſt, ne a bona paraphraſi requirantur, quibus lectorum commodo carere poteſt, neque contemtius habeantur minorisque aeſtimentur, quae artis et excellentiae ſunt operisque praeſtantiam commonſtrant.

Abſoluitur paraphraſis circumlocutione vberiore et dilucidiore ſermonis ita comparata, vt ad ambitum et nexum cogitationum eodem propoſitarum perſpiciendum nihil amplius deſideretur 27). Media igitur via incedit inter ſuccinctam breuitatem

pendice, quae inſcribitur *a diſſertation upon the third chapter of the prophecy of Joel.*

27) Idem ſentit M. FAB. QVINTILIANVS *inſtit. orator. lib.* X c. V p. DCCCCXXXXI etc. edit. *Burmannianae*, licet alio plane argumento occu-



PARAPHRASIS ET NOTAE IN EPISTOLAM SANCTI IACOBI.

HISTORIA SANCTI IACOBI SCRIPTAEQVE AB ILLO EPISTOLAE.

SECTIO I.

Inter apostolos, quibus circumcisi ad Christum conuertendi obtigerant, duo fuerunt *Iacobi* cognominati. Quorum historiam cum prisci et recentiores scriptores saepe confuderint, et epistolam, *Iacobi* prae se nomen ferentem, modo huic tribuerint, modo illi: opus erit, lectori nostro res et gesta amborum explicare, vt ipse subductis rationibus iudicare possit, quis auctor epistolae fuerit.

Iacobus senior, *Zebedaei a) filius*, *frater Ioannis b)*, vnus ex XII apostolis, ad Iudaeos missis fuit: quem, et fratrem, Dominus cognomine *filiorum tonitruum*, *Boanerges c)*, cohonestauit; sine dubio zelum illorum animique robur spectans [2]). Superest exemplum zeli pro honore Domini, quo accensi, vltra id, quod rectum est, progrediebantur; *d*) ignem ex caelo prouocaturi, vt Samaritanorum pagum destrueret, cuius incolae minus honorifice Dominum exceperant.

Iacobus hic *senior* vnus ex triumuiris apostolici collegii fuit, quos familiarius inspicere Dominus dignabatur. Ad videndam resuscitationem filiae *Iairi* admittebatur *e*): vna cum *Petro* et *Ioanne* in montem deducebatur, vt illustrem illam Domini intueretur metamorphosin *f*), potentiae et gloriae praenuntiam, quam non obstante humili, qui tunc erat, statu, et turpissimae mortis ignominia, olim adsequuturus erat: quatuor apostolis interfuit, quibus Dominus clarissimis verbis destructionem Hierosolymorum, totiusque gentis Iudaicae calamitatem praedixit *g*): tandem fuit ex his tribus, quos Dominus elegit, vt testes adessent sibi, stupendos illos in horto terrores subeunti, qui sudorem sanguini similem ei expresserunt *h*).

Iaco-

a) Matth. IV, 21. X, 2. Marc. I, 19. III, 17. Luc. V, 10.

b) *Ioannes* nullam vnquam fratris sui *Iacobi* mentionem in toto euangelio fecit: fortasse modestia, et ne gloriolam captare videretur. Primaria tamen ratio nobis videtur fuisse, quod neglecta a reliquis euangeliorum scriptoribus colligeret, qui de *Iacobo* maiore tantum, quantum sufficit, memoriae prodiderant. 1)

1) „Adcuratius etiam intelliges, cur nihil de *Iacobo Ioannes*, si cogitaueris, eo fine „euangelium suum scripsisse *Ioannem*, vt doctrinam de *Iesu* aduersus *Cerin*„*thi* deliria defenderet. Qua de re vide eruditissimam S. Vener. *Ioachimi* OPO„RINI dissertationem, titulo *clauis euangelii Ioannis* anno 1743. *Goettingae* habitam. „MICHAELIS.

c) Marc. III, 17.

2) „Dubium mihi videtur, Christum acriorem hunc zelum, premendum potius, „addito cognomine inflammare voluisse. Felicius a potentissimo illo & late au„diendo euangelii praeconio, quod fulminaret quasi & tonaret, etymon nominis „petes. MICHAELIS.

d) Luc. IX, 51 - 56.

e) Marc. V, 37. &c. Luc. VIII, 51. &c.

f) Matth. XVII, 1. seqq. Marc. IX, 1. 2. seqq. Luc. IX, 27. 28. seqq.

g) Marc. XIII, 3. seqq.

h) Marc. XIV, 33. seqq.

i) Matth.

Iacobus hic *Zebedaei* filius excitatioris animi et primarius in apoſtolis fuit; vt vel ambitioſius ad honorem adſpiraret proximi a Chriſto rege loci *i*), cuius regnum terrenum fore arbitrabatur. Sed docebat illum Dominus: *principatum apoſtolorum non conſiſtere in aliqua huius ſeculi magnitudine aut maieſtate: quo quis ſit magis induſtrius et fidus in ſeruiendo, quo modeſtior et manſuetior, quo fortius adflictiones ſuſtineat; eo fore honoratiorem: ipſi Iacobo violentam mortem, quam & Dominus ſubiturus ſit, exſpectandam; bibendum ex acerbitatum poculo, quod ſibi miſceretur; et ſanguineum baptisma ingrediendum, cui & ipſe Dominus immergeretur.*

Poſtquam Dominus in caelum adſcendiſſet, in *Iacobum* noſtrum aeque atque in reliquos apoſtolos ſpiritus ſanctus effundebatur: ex quo euangelium inter Iudaeos vocis ſuae praeconio promulgauit. Sed circiter quadrageſimo quarto anno a natiuitate Chriſti, vaticinium de morte cruenta ipſum manente impletum eſt, acerrimusque apoſtolus ſanguine ſuo hoſtium infenſiſſimorum, Iudaeorum infidelium, animos paſcebat. Quod hac occaſione accidit. Iudaei Chriſtianos vexare breui ante mortem *Stephani*, martyris primi Chriſtiani, coeperant: quae calamitas eccleſiae incubuit vsque ad *Caligulae*, quarti Romanorum imperatoris, ſtolidum diuinitatis deſiderium, et edictum, quo ſtatuam ſibi in templo et ſynagogis poni, omnesque, qui ſe hoc paſſuros negarent, interfici iubebat [3]). Quam tempeſtatem cum in ſua capita cogi viderent, et iam iamque ruituram crederent Iudaei, tantus vniuerſos terror peruaſit, vt animus illis ad opprimendos Chriſtianos deeſſet. *Caligula* tamen mortuo, & *Herode Agrippa, Herodis* Magni de prole, regnum auitum occupante: edictum ſuis rebus fauens a *Claudio Caeſare* obtinuerunt Iudaei. Quam cum auram ſibi adflari mitiorum temporum intelligerent, veteres inimicitias, quibus diſcipulos *Ieſu* proſequebantur, in apricum promebant. Et magna quidem peſſimis odiis feneſtra patefacta erat, quod *Herodes Agrippa* rex eſſet popularis *k*), acerrimusque auitarum religionum obſeruator.

i) Matth. XX, 20. ſeqq. Marc. X, 35. ſeqq.

3) „Vide omnino *Nathanaelis* LARDNERI elegantiſſimum librum, *Credibility of* „*the Goſpel-Hiſtory* P. I. c. II. §. XII. ſeu pag. 204. ſeqq. (Ed. III.) aut IOSEPHVM „*de bello Iud.* l. II. c. X. *antiquit.* l. XVIII. c. IX. & PHILONEM *de legatione ad* „*Caium.* MICHAELIS.

k) IOSEPH. *antiqu. Iud.* lib. XIX. c. VI. §. 3. c. VII. §. 3. LARDNERI *Credibility of the Goſpel-Hiſtory* P. I. p. 19. (in editione III. eſt pag. 31.)

uator. Cui cum nihil non pulcrum videretur, quo gratiam populi inire posset, sciretque Christianos publica inuidia flagrare: vexare coepit Christi discipulos *l*). Ex quibus *Iacobum*, fratrem *Ioannis*, in carcerem duci, & gladio caedi iussit; quo facto ille primus ex apostolis sanguine suo effuso martyr exstitit, numerusque apostolorum inter circumcisos versantium ad vndenos redactus est; nec enim legimus alium ei successisse, nec habuerunt apostoli officii, auctoritatis, dignitatis suae successores *m*).

Syriaca *n*) versio tribuit hanc epistolam *Iacobo maiori*, *Zebedaei* filio, fratri *Ioannis*: quam & Arabica versio sequitur, et vero recentiores nonnulli interpretes. Nec tamen ille nobis auctor epistolae

l) Act. XII, 1. &c.

m) *Iudas* proditori successit quidem *Matthias*: sed hac de caussa, quod *Iudas* improbitate excidisset munere suo, priusquam illud peregisset. Si *Iudas* diutius vixisset, coluisset pietatem, et accepto Spiritu sancto, apostolico munere, vt apostoli reliqui, esset functus: successorem nullum, caeterorum apostolorum exemplo, habiturus erat. Additi sunt quidem duo apostoli gentium, cum gentes ad sacra Christi vocandae essent: sed postea nec hi aliis, nec alii ipsis successerunt.

n) Colligimus hoc ex titulo generaliore, quem Syriaca versio epistolis *Iacobi*, *Petri*, & *Ioannis* praefigit: *tres epistolae, trium apostolorum, quorum in conspectu Dominus transformatus est, Iacobi, Petri & Ioannis. Vide titul. gen. praefix. ep. Iacob. in Tremel.* 4).

4) „Idem facit prisca vulgata latina, (*Italam* dicimus) a *Ioanne* MARTIANAY a. 1695. „Parisiis edita, quae [illegible] subscribit epistolae: *explicit epistola Iacobi, filii Zebedaei.* „Non temperamus nobis, quin adscribamus, quae *Ioannes* MARTIANAY ipse hac „de subscriptione obseruauit, ad initium epistolae Iacobi, pagina 191: *In fine ad„ditur, cuius Iacobi sit epistola istaec*: explicit epistola Iacobi filii Zebedaei. *Sed „falsa est opinio illa Graecorum, qui in hunc errorem Latinos pertraxerunt, vt ma„nifestum fit ex iis, quae a Graecis, nescio quibus, addita sunt apud Hieronymum in „catalogo scriptorum ecclesiasticorum, vbi post capitulum de S. Matthaeo haec conse„quenter addita leguntur*: Iacobus, Zebedaei filius XII tribubus, quae erant in disper„sione, omnibus praedicauit euangelium Domini nostri Iesu Christi &c. *Scitum „est apud omnes vel mediocriter eruditos, Iacobum filium Zebedaei interfectum fuisse „gladio Herodis, tetrarchae Iudaeorum, antequam euangelium Christi praedicaretur „XII tribubus, quae erant in dispersione gentium. Ideo auctorem huius epistolae ca„nonicae alium Iacobum agnoscimus, eum nempe, qui dictus est frater Domini, et ab „apostolis Ierosolymorum episcopus ordinatus creditur.* Caeterum, quae de Syriaca „versione, vel subscriptione potius, habet noster, non in omnibus codicibus, ne „editionibus quidem, sunt eadem. Vide biblia polyglotta Londinensia. MI„CHAELIS.

o) Non

ſtolae videtur. Hae ſunt rationes: (1) Cum ab *Herode Agrippa* praecipiti anno XLIII, aut naſcente XLIV, caeſus ſit, epiſtola, ab eo profecta, prima inter omnes reliquas ab apoſtolis ſcriptas foret. Caeteri vero apoſtoli hanc fere rationem plantandarum et curandarum eccleſiarum tenuerunt, vt primum praedicarent euangelium *o*), deinde pios inuiſerent ſemel iterumque, aut mitterent ſuo loco euangeliſtas. Adultiores vero eccleſias, miſſis ad illas epiſtolis, aut ſolatio perfundebant adflictas, aut corruptas caſtigabant, aut confirmabant in fide et ſanctificationis ſtudio. Nec tamen ſine graui ratione credendum, *Iacobum* alia prorſus ac reliquos apoſtolos ratione vſum.

(2) Praeconium euangelii viuente *Iacobo ſeniore* vix Palaeſtinae fines ſuperauerat. Quamuis enim multi et Iudaei et proſelyti iuſtitiae, ex diſſitis locis Hieroſolymam ad feſta tempora celebranda confluentes, Chriſto nomen dediſſent: ipſi tamen apoſtoli, euangeliique praecones, videntur vsque ad mortem *Stephani* Hieroſolymis certam ſedem habuiſſe *p*), nec vel ſolos Iudaeae pagos peragraſſe, ad eccleſias Chriſto ſacras fundandas. Proxime ſubſecuto tempore ad Samaritanos delatum euangelium, fines tamen Palaeſtinae non migrauit: nec enim eunuchus ille, quo duce Aethiopiam intrauit, viuo *Iacobo* multas ibi plantaſſe eccleſias videbitur. *Damaſcus* aliquos habebat Chriſtianos, quos et vexaturus *Saulus Damaſcum* proficiſcebatur: qui ipſe prophetae Chriſtiani nomine Arabiam deſertam poſtea obibat, ad euangeliumque nonnullos traducebat, forte et plantabat eccleſias. Coniectura etiam adſequimur, quoſdam *Syriae*, *Cypri*, *Galilaeae* et *Phoeniciae* Iudaeos ad caſtra Chriſti tranſiiſſe: ſed *Galilaeae* et *Phoeniciae* incolae *Iudaeis in diſperſione* non accenſendi ſunt, et religioſorum ex gentibus, quos εὐσεβεῖς vocare ſolebant, pauci viuo *Iacobo* conuerſi ſunt, nec illis nomen *XII tribuum* ſiue *in Palaeſtina*, ſiue *in diſperſione*, tribuebatur.

(3) Ex

o) *Non enim per alios diſpoſitionem ſalutis noſtrae cognouimus, quam per eos, per quos euangelium peruenit ad nos; quod quidem tunc praeconiauerunt, poſtea vero per Dei voluntatem in ſcripturis noſtris tradiderunt, fundamentum et columnam fidei noſtrae futurum.* IREN. L. III, c. I.

p) Act. I, 8.

q) Iac.

(3) Ex epiſtolae ipſius nonnullis locis tanta intelligitur peruerſitas eorum, ad quos data erat, Chriſtianorum, et mores et doctrinam ſi ſpectes, vt vix ex primo conuerſionis feruore tantum deferbuiſſe tam breui tempore videantur. Plurimum mali ex doctrina de iuſtificatione male intellecta et peruerſa ortum *q*). Nec tamen doctrinam tam limpidam, tantaque illuſtrem perſpicuitate, peruertere ſolent homines, niſi poſtquam longe lateque diffundi coeperit, diſputationibusque agitari, illaque conſiderari, quae cum ipſa connexa ſunt conſequentia. Accedit, quod multis vero proximum viſum ſit, nec iniuria: falſas doctrinas, quas *Iacobus* refellit, ex male intellectis epiſtolarum *Paulli* locis, in quibus *de iuſtificatione per fidem* agitur, emanaſſe [s]).

Petri epiſtolae eodem tempore, quo *Iacobi*, ſcriptae creduntur: hic vero clarius commemorat, *nonnulla in dilecti fratris ſui, Paulli, epiſtolis difficilia eſſe intellectu r*), queriturque, *indociles et minus confirmatos ea ſuo damno peruertere, quod idem et reliquis ſcripturis accidat.* De eodem conqueri videtur *Iacobus* vitio, ſuosque obiurgare, quod mentem *Paulli* male percepiſſent; quamuis *Iudaeis* ſcribens, quorum ſatis multae erant in *Paullum* adcuſationes et ſuſpiciones, noluerit nomen celeberrimi gentium apoſtoli adiicere.

q) Iac II, 14. ſeqq.

s) „Inſunt omnino in epiſtola veſtigia, niſi epiſtolarum, ſaltem doctrinae Paullinae „male intellectae. Praeter ea, quae cuilibet ex capite II ſuccurrent, citabo modo c. I, 25. vbi *Iacobus* aduerſario nomen illud eripit, quo ſe defendebat, *νόμον „ἐλευθερίας*. Vide, quae ad hoc comma ſcripſimus. Quis quaeſo illo nomine „euangelii, quod eſſet *lex libertatis*, magnopere vſus et vero abuſus eſſet, nondum audito *Paulli* praeconio. Huic enim viro tantae veritatis promulgatio fere „vni quam maxime debetur, *euangelium nos a iugo legis Leuiticae liberaſſe*: quam „reliqui apoſtoli ſub initium ſui muneris, vt ex Act. X. colligimus, non recte intelligebant, ſubſecutis vero temporibus, quamuis perſpectam, parcius praedicabant, et diſſimulabant nonnunquam, Gal. II, 11. ſeqq. Vnde opus erat *Paullo*, omni „ratione adſerere, in hac doctrina *Petrum* & *Iacobum* ſecum conſpirare, quorum „illi nomina opponi conſueuerant, Gal. II, 1-10. quod quidem ſuperfluum fuiſſet, „ſi idem dogma eadem, qua *Paullus*, ratione inſonuiſſent, ſemperque in ore habuiſſent et ſcriptis. Accedit nouum robur argumentis BENSONII, ſi cogitaueris, „doctrinam Paulli de *iuſtificatione ex ſola fide*, et de *libertate a lege*, a Iudaeis in „diſperſione degentibus ſerius agnitam et creditam, ergo et ſerius peruerſam „eſſe. MICHAELIS.

r) 2 Petr. III, 15. 16.

6) Non

cere. Epiſtolae *Paulli* ad *Romanos* et *Galatas*, totum hunc locum de *iuſtificatione ex fide* data opera explicant: quas ita peruerſas fuiſſe, probabile habemus. Nec tamen ad rem faceret, inueſtigare, quae ex epiſtolis *Paulli* in falſam ſententiam diſtorta ſit: nec enim *Paullus* vllam XIV epiſtolarum ante caedem *Iacobi ſenioris* ſcripſit. Quod ſi regeras, ex ore potius *Paulli* quam ex litteris has opiniones hauſtas eſſe, (nec tamen hoc veriſimile dixerim) ne tum quidem epiſtola *Iacobo ſeniori* vindicari poterit. *Paullus* enim apoſtolus non eſt factus, niſi poſt Iacobi mortem: nec occurrit, eadem illum ratione de iuſtificatione dixiſſe aut ſcripſiſſe, niſi poſtquam neceſſitas ipſi impoſita eſt, Chriſtianos ex gentibus contra errores Iudaeorum zelotarum confirmandi et quaſi armandi [6]. Satis erat, ſignificare credentibus laxioribus verbis, viam ſalutis ab euangelio traditam, Deum habere auctorem. Poſteaquam vero Iudaizantes Chriſtiani legis Moſaicae obſeruationem euangelio ſuperaddere vellent, opus erat denuntiare, praecepta euangelica ſola ad ſalutem ſufficere, quamuis legem Moſaicam non ſerues.

(4) Aliud argumentum, quo *Iacobo maiori* hanc epiſtolam abiudicamus, peti ex his locis poteſt, quae *aduentum Chriſti ad vindictam a Iudaeis petendam proxime inſtare* dicunt: *Chriſto non credentes Iudaeos breui deſtruendos eſſe, credentes vero ab aduerſariis ſuis liberandos.* Vide c. V, 1-8. vbi impios Iudaeos vlulare et exclamare iubet ob imminentem internecionem, adcuſans iniuſtum colligendi auri ſtudium, cum tamen *vltimi dies* iam ingruant, vt frui nequeant diuitiis. Contra Chriſtianis ſuadet patientiam, quia aduentus Domini inſtet, a vexatione et timore ipſos liberaturi.

Iam

6) „Non quidem intelligo, vnde auctor colligat, *Paullum* aliter de iuſtificatione „docuiſſe, ante Iudaeorum pro lege Leuitica declamationes. Epiſtolam eius nul„lam omnino habemus, quae ante haec tempora ſcripta ſit. Primae ex omnibus „creduntur, quas ad Theſſalonicenſes dedit: nec tamen Theſſalonicenſes vidit, niſi „poſtquam controuerſiae ipſius cum zelotis in neruum erupiſſent: vide Act. XV, 1. „ſeqq. et confer. c. XVII, 1-9. Ex orali vero inſtitutione *Paulli* exigua ſupereſt „particula, ex qua vix iudicare poſſis, inprimis cum raro aliae occurrant in *Actis* „orationes, niſi ad conuertendos, non conuerſos, habitae. Et tamen ſi contuleris, „quae *Lucas* Act. XIII, 38. 39. 46. 47. memoriae prodidit, prima et vltima *Paulli* prorſus concinere non negabis. Vnde ſuſpicamur, aliquid in mente auctoris fuiſſe, „quod innuerit potius quam clare ſcripſerit. MICHAELIS.

7) Matth.

Iam ſi paucis ante deſtructa Hieroſolyma annis ſcripta eſt epiſtola, non poteſt auctorem habere *Iacobum maiorem*, *Zebedaei* filium, fratrem *Ioannis*, XXV annis ante hanc publicam calamitatem ex hominum vita migrantem.

SECTIO II.

Inter XII apoſtolos, qui circumciſis praedicabant euangelium, alius erat *Iacobus*, *s*) filius *Alphaei*, ſeu *Cleopae*, *Iacobus minor t*) dictus, et *frater Domini u*). *Iacobus minor* ſeu *iunior* ſalutabatur, habita aetatis ratione, qua alteri illi *Iacobo* cedebat. *Fratris Domini* cognomen ita explicarunt nonnulli, ac ſi *Ioſephi* ex ſecundis nuptiis filius fuiſſet. Nullae tamen *Ioſephi* nuptiae, niſi cum *Maria* virgine, oſtendi poſſunt: ſemperque cogitandum, Iudaeis *fratrum* et *ſororum* nomina latiſſime patere, et omnes ſanguine coniunctos ſeu cognatos denotare *w*).

Alphaeus, idem qui et *Cleopas x*), vxorem habuit *Mariam* virginis *Mariae* ſororem, ex qua filios tulit quatuor, fratres, id eſt, cognatos Domini in tabulis noui foederis vocatos: ex quibus duo colle-

s) Matth. X, 3. Marc. III, 18. Luc. VI, 15. Act. I, 13.
t) Marc. XV, 40.
u) Matth. XIII, 55. Marc. VI, 3.
w) Confer Geneſ. XII, 5. cum Geneſ. XIII, 8. et vide Geneſ. XXIX, 12. Leu. X, 4.
x) Quod *Alphaeus* & *Cleopas* nomina ſint eiusdem viri, non ſolum ex cognato ſono, et iisdem prorſus litteris, quibus vtrumque nomen Hebraice ſcribitur, חלפי, colligimus, ſed et certius diſcimus ex Ioh. XIX, 25. vbi illa vocatur, *Maria, vxor Cleopae*, quae alibi *Maria Alphaei vxor, mater Iacobi* &c. audit. Matth. XXVII, 56. Marc. XV, 40. Vide *opera* LIGHTFOOTI Vol. I. p. 270. (*).

(*) „Nomina eiusdem viri eſſe minime negauerim. Id tamen probe notandum, „Syriacum alterum, alterum Graecum eſſe, ita formatum, vt ſono et ſcriptione, „quantum eius fieri poſſet, ad Hebraicum nomen accederet. Κλεόπας forma eſt „contracta nominis Graeci, pro, κλεόπατρος, *gloria patris*, cuius femininum eſt, „*Cleopatra*. Vide HILLERI *Onomaſticon* pag. 790. In vſu enim erat Iudaeis, „Hebraico nomini Graecum inducere, Hebraico ſimillimum. Qua de re ſperamus Patrem noſtrum ad Matth. X, 3. plura daturum, modo ei licuerit, curas, „quas in nouum teſtamentum molitur, edere. MICHAELIS.

y) *Alphaeus*,

collegio XII apoſtolorum adſcripti ſunt, *Iudas* et *Iacobus minor*, quem auctorem huius epiſtolae credimus *y*).

Ex primis fuiſſe videtur, qui diſcipuli Ieſu facti ſunt, aliquoties inter XII apoſtolos commemoratus. Nihil vero de illo habemus, LXX diſcipulis vnquam adſcripto, quos poſt apoſtolos mittebat Ieſus. Nec probabile eſt, vllos apoſtolos ex LXX diſcipulis creatos

y) *Alphaeus*, qui et *Cleopas*, vxorem habebat *Mariam*, Deiparae ſororem, Io. XIX, 15. Ex qua filios quatuor progenuit, quorum nomina ſunt, *Iacobus*, *Ioſes*, *Simon* et *Iudas*. Duo ex his commemorantur Matth. XXVII, 56. Marc. XV, 40. quatuor vero, Matth. XIII, 55. Marc. VI, 3. *Iacobus Alphaei* vocatur *filius* Matth. X, 3. Marc. III, 18. Luc. VI, 15. Act. I, 13. et *Iacobus minor* Marc. XV, 40. quo ipſo in loco, vt et c. XVI, 1. et Luc. XXIV, 10. *Maria* mater eius vocatur. *Iacobi* et *Ioſis* mater eadem dicitur Matth. XXVII, 56. Marc. XV, 40. *Iudas Iacobi* minoris frater adpellatur, Luc. VI, 16. Act. I, 13. cui et cognomen *Lebbaei*, ſeu *Thaddaei* inditum erat, Matth. X, 3. Marc. III, 18. Hic eam, quae Iudae tribuitur, ſcripſit epiſtolam. Vide comma illius primum, vbi *Iudas Iacobi frater* adpellatur. Hi duo nomine *fratrum*, i. e. conſanguineorum Domini cohoneſtantur, Matth. XIII, 55. quia mater illorum *Maria*, illius *Mariae*, quae *Ieſum* peperit, ſoror erat, Io. XIX, 25. *Iacobus*que iterum frater Domini adpellatur Gal. I, 19.

Hi duo fratres, *Iacobus* et *Iudas*, filii *Cleopae*, arctoque Dominum gradu contingentes, collegio XII apoſtolorum adſcripti ſunt, Matth. X, 3. Marc. III, 18. Luc. VI, 15. 16. Act. I, 13. et *Iacobus* inter apoſtolos memoratur Gal. I, 19. 7)

Noſtra olim coniectura fuit, *Matthaeum* publicanum eiusdem *Alphaei* filium fuiſſe: (*Alphaei* enim filius dicitur, Marc. II, 14.) et *Simonem Alphaei* fil. eundem eſſe, qui *Simon Zelotes*, aut *Cananites*, vocatur, apoſtolusque fuit: *Ioſen* vero *Alphaei* filium, *Ioſephum* illum eſſe, *Barſabam*, alioque cognomine, *Iuſtum* dictum, Act. I, 23. Iam vero dubia mihi, quae olim vera, videntur. Quamquam enim *Matthaeus* filius dicitur *Alphaei*, nunquam tamen frater Domini vocatur, quod argumento eſt, alium *Alphaeum* quendam patrem eius eſſe. *Simones* cum multi apud Iudaeos vulgari nomine adpellarentur, atque adiecto cognomine diſtinguendi eſſent; *Simon* vero apoſtolus nunquam *frater Domini* dicatur, quamuis, vt ab aliis diſtingui poſſet, *Zelotes* aut *Cananites* cognominandus eſſet: iam mihi diuerſus a *Simone*, Domini conſanguineo, videtur. Huius vero frater, qui in euangeliis ſemper *Ioſes* vocatur, vix idem eſſe videbitur, qui *Ioſephus Barſabas* Act. I, 23. Nam et diuerſa ſunt nomina IOSEPHVS et IOSES: et *Ioſes* nunquam expreſſis verbis *Barſabas* aut *Iuſtus* compellatur, quod nomen et cognomen *Ioſepho*, candidato apoſtolici muneris a *Iuda* deſerti, proprium fuit.

7) „Fuit ergo *Iacobus* hic et apoſtolus, et diſcipuli filius. Videtur enim pater ipſius, „*Alphaeus* ſeu *Cleopas* ex numero LXX diſcipulorum fuiſſe. Vide Luc. XXIV, 13. 18. MICHAELIS. (*Commens. in Epiſtol. Iac.*)

creatos esse, vnico forte excepto *Matthia*, qui sanctum et venerabile apostolatus officium loco *Iudae* proditoris accepit.

Post adscensum Domini *Iacobi minoris* tanquam apostoli mentio iniicitur Act. I, 13. Plurimis etiam interpretibus stat sententia, hunc esse *Iacobum* illum, a *Paullo* 1 Cor. XV, 7. commemoratum, cui se Dominus breui post resurrectionem priuatim ostenderit. *Iacobo maiore* caeso, *Iacobus minor* primarium in apostolis locum tenuisse videtur, *Petro* et *Ioanni* existimatione fidelium aequatus z), sicut antea, dum in viuis esset, *maior Iacobus*.

Hierosolymis frequentius commoratus est, quam reliqui apostoli. *Paullus* ex Arabia redux, breui postquam Christum agnouisset, Hierosolymis illum vidit *a*). *Iacobo maiore* supplicium vltimum subeunte, et *Petro* miraculose ex carcere liberato, ibidem degebat *b*). Eadem illum Hierosolyma habuerunt, cum celeberrimum decretum confieret, quo gentiles ab sacrificatis idolo *c*), fornicatione, suffocato et sanguine abstinere monentur: iterumque *Paullus* in vrbem sanctam delatus, post tertium iter apostolicum, *Iacobum minorem* inuenit ibi commorantem *d*).

Primaria inter apostolos auctoritate fuisse colligimus, et ex sede, quam fere perpetuam Hierosolymis habuit, vt huic ecclesiae matri praeesset; et ex principatu, quem consensu apostolorum, seniorum et fratrum in concilio Hierosolymitano tenebat Act. XV, 13. seqq. Ipse enim collectis sententiis quid respondendum esset proponebat, eiusque sententia reliquis probabatur omnibus. *Paullus* illum *Petro* et *Ioanni* coniungit, tanquam vnum ex illis, qui columnae ecclesiae existimabantur, et insignem inter apostolos circumcisorum: cum quo *Paullus* communicauerit arduum illud consilium, de adnuntiando idololatris euangelio, illisque in ecclesiam Christi recipiendis, nulla adiuncta necessitate obseruandi legem Leuiticam. Fuitque *Iacobus* ex tribus his, qui dextram amicae societatis *Paullo* et *Barnabae* dederunt, seu fratres et collegas illos agno-

z) Gal. II, 2—9.
a) Gal. I, 19.
b) Act. XII, 17.
c) Act. XV, 13.
d) Act. XXI, 18.

e) Gal-

agnouerunt, qui ad gentes euangelium perferendum haberent, vt ipsi ad Iudaeos *e*) [8]).

Existimatio praeclara, qua inter apostolos circumcisorum eminebat, et crebra Hierosolymis habitatio ac fere domicilium, effecerunt, vt patres *Iacobum* vocauerint *episcopum Hierosolymitanum.* Memo-

e) Gal. II, 1. 2. 7. 8. 9.

8) „*Iacobus*, cum inter Iudaeos, hosque (ipso teste, Act. XXI 20.) zelotas versaretur, *Iudaeis factus est Iudaeus, legique subiectis ipse subiectus legi*, quod *Paulli* „dictum consilio in illum transfero. Cum enim Deus obseruationem legis Le„uiticae vsque ad excidium templi in Iudaeis toleraret, quod ex Act. XXI, 23—26. „clarissime liquet, *Iacobus*que in terra solis Iudaeis habitata versaretur: non opus „erat, vt vocem mitteret de abrogata Leuitica lege, nec iugum eius ipse excu„tere debebat. Quae cogitans caute et obnoxie cum zelotis egit: ac magnopere „cauit, ne illos offenderet. Vnde Petro totam legem Leuiticam abolente, nec „quidquam ex illa retinente Act. XV, 7—11. concilio Hierosolymitano suasor ex„stitit *Iacobus*, vt pacis christianae et zelotarum caussa abstinere iuberent pios „ex gentibus, a mactatis idolo, suffocato et sanguine, Act. XV, 20. 21. Idem„que *Paullum* hortatus est, vt legis Leuiticae praecepta publice in templo perage„ret, quo argumento intelligerent Iudaei, falsa esse, quae de eo, Iudaeos a lege „Leuitica deficere cogente, iactabantur, Act. XXI, 20—25.

„Cum ergo *Iacobus* et ipse legem Leuiticam summa obseruaret religione, nec „publice Hierosolymis ingereret, legem Leuiticam prorsus abrogatam esse, sed „veritatem, Iudaeis non necessariam scitu, sapienti premeret silentio; et disci„puli *Iacobi* maximam partem zelotae essent: (Act. XXI, 20. Galat. II, 12.) mi„rum haud est, suspicionem nonnullis natam esse, *Iacobum* a *Paullo* dissentire, „legemque Leuiticam tanquam ad salutem necessariam vrgere. Quam suspicio„nem ipsi ex Iudaeis zelotae, tanti apostoli auctoritatem prae se ferre gestientes, „conflarunt auxeruntque. Vnde necessarium *Paullo* visum, tantum illis argu„mentum e manibus extorquere, idque euincere, *sibi cum Iacobo in doctrina de* „*lege Mosaica et iustificatione prorsus conuenire.* Fecit hoc Gal. I, 18. 19. II, 1-11. „Quibuscum si illa conferas, quae *Lucas Iacobum* publice dixisse refert Act. XV, „15-20. omnino ad liquidum perductum tibi videbitur, *Paulli* et *Iacobi* vnani„mem fuisse de lege et [illegible]ificatione sententiam, quamuis pro captu ac conditione „auditorum silentio alter prudenti inuolueret, quae alta voce praeconis instar „alter promulgabat.

„Idem tenor et color quasi doctrinae in tota hac epistola comparet. Quod „magis confirmat, a *Iacobo* scriptam esse. Illa doctrina, in qua *Paullus* totus „esse solet, de lege Mosaica abrogata, gentibusque vocatis, aliqua ratione sub„ticetur: ita tamen, vt ex nonnullis commatibus adpareat, eam a *Iacobo* agni„tam et creditam esse. Imprudentioribus videri potest *Paullo* contradicere: at „si diligentius expendas verba, concentus mirabilis existit. MICHAELIS.

Memoriae etiam aliqui prodiderunt, huius eum ecclesiae episcopum siue a Christo, siue ab apostolis, lectum esse et inauguratum *f*), solentque *Petri*, *Ioannis*, et *Iacobi maioris*, tanquam qui hoc ei munus commiserint, mentionem facere.

Non abludit, apostolos communicatis sententiis statuisse, quo quis in loco manere, aut ad quem proficisci debuerit. Vestigia huius rei historiae sacrae impressa cernimus. Apostoli, cum audiuissent de Samaritanorum conuersione, mittebant ad illos *Petrum* et *Ioannem*, vt precibus effusis dona spiritus sancti Samaritanis conferrent. Tres circumcisorum apostoli *Paullo* et *Barnabae* dextras porrigebant societatis, communique consensu ad gentes proficisci illos iubebant, dum ipsi Iudaeorum curam agerent *g*): et plura eiusdem generis ex patrum scriptis discimus *h*). Probantibus ergo et volentibus reliquis apostolis Hierosolymis consuetam sedem habuisse censemus *Iacobum*, vt venerandae huic reliquarum ecclesiarum matri intenderet. Nec tamen haec ei perpetua sedes: saltem Antiocheni Christiani, cum munera pro pauperibus collecta *senioribus* ecclesiae Hierosolymitanae per *Paullum* et *Barnabam* perferri curarent, nouerant sine dubio nullum apostolorum Hierosolymis adesse 9). Vide Act. XI, 30.

Nec

f) EVSEBII *hist. eccl.* l. II. c. I. XXIII. l. VIII. c. XIX.

g) Gal. II, 9.

h) EVSEB. *hist. eccl.* l. III. c. I.

9) „Nisi hac ratione apostolos, quamuis Hierosolymis praesentes, a *Luca* non commemorari putes, quod ipsorum non esset, eleemosynas missas accipere, et distribuere. Sic enim ipsi Act. VI, 2. *non aequum est, omisso praeconio Dei, mensis nos ministrare.* Lege totum illud caput. Si vero *Iacobus* illud tempus viuendo attigisset, quo epistola ad Hebraeos scripta est, (quod BENSONIVS sibi persuasum habet,) illo tempore *Hierosolymis* abfuisse omnino videbitur, cum nullam eius mentionem faciat *Paullus*, nullam ei salutem [illegible]t. Negant tamen alii, tam diu vixisse, conicitque FABRICIVS *bibl. Gr. T. IV. P. I.* p. 124. eum anno Christi LXII martyrium subiisse. Si ergo et hoc concidat, magis etiam videbitur confirmari patrum traditio, certam *Iacobo* sedem Hierosolymis tribuens. Vide, quae nota XI scripsimus. Et quidem multum nobis differre videtur inter Hierosolymitanam sedem, et aliam quamcunque. Apostolorum erat, per orbem terrarum euangelii propagare doctrinam, quod facere non poterant certae sedi adstricti. Alia tamen ratio Hierosolymorum: quo cum quotannis ingens ex toto orbe multitudo Iudaeorum conflueret; (vide Act. II.) licebat ex

„hec

Nec tamen domicilium *Iacobi* Hierosolymis fere collocatum, efficit, vt episcopus huius vrbis, proprio vocabulo, dici possit. Apostolus enim, et episcopo maior, erat. Apostoli et episcopi munus diuersum, ex phrasi scripturae: et, si adcurate loqui velimus, haec officia distinguere debebimus. Prisci episopi *praesides* erant *et pastores ecclesiarum singularum:* quos apostoli dignitate, caelesti cognitionis lumine, potestate et auctoritate facile vincebant. His datum erat, ecclesias plantare, primosque aut eximios illorum, quos ad obedientiam fidei traduxerant, episcopos et diaconos facere *i*). Non finibus vrbium aut regionum ipsorum coërcebatur officium: sed eosdem, quos orbis terrarum, terminos habebat. Episcopi vero munus ad singulas pertinebat modo regiones aut vrbes, nec aliarum ecclesiarum curam gerebat, nisi occasione singulari data, et permittente illa ecclesia. Sed apostolis liberum, (tam late patebat eorum auctoritas,) quocunque venissent, ecclesias Christi regere. Apostolos ergo, donec vixerint, existimamus omnium ecclesiarum, ad quas delati fuerint, praesides fuisse, idque omni, quo apud illas degebant, tempore. Cum tamen nec apostoli, nec prophetae primarii, nec illi, quos euangelistas nascens vocabat ecclesia, fixas haberent sedes; vnus ex episcopis ecclesiae eligi consueuerat, qui reliquis praeesset, qui πρεσβύς, *senior probatus*, etc. vocabatur. Secundo vero seculo huic soli nomen *episcopi* proprium mansit: reliquis, qui ipsi antea *episcopi* dicebantur, sola *seniorum* seu *presbyterorum* remansit compellatio, qua a praeside suo distinguerentur.

Primi tamen patres apostolos aut euangelistas, episcopos vocabant ecclesiarum, quibus aliquando apud illas commorantes praefuissent, quod consuetum *episcoporum pastorumue* officium esset. Sic *Petrum* episcopum *Antiochenum* et *Romanum* fuisse perhibent, non, quod has ecclesias fundauerit, (liquet enim, alios fundasse,) sed quod existimaretur diutius his ecclesiis praefuisse. *Iacobum* vero *Hierosolymitanum* faciunt episcopum, quia multum in hac vrbe com-

„hoc quasi suggestu omnium terrarum Iudaeos adloqui. Vnde *Iacobus*, Iudaeo-
„rum apostolus, Galat. II, 9. apostolico muneri abunde satisfacere poterat, si vel
„vni ecclesiae Hierosolymitanae praeesset. MICHAELIS.

i) CLEMENTIS *Rom. ep. ad Cor.* §. 42.

 10) „Bene

commoratus ſaepe eccleſiam Hieroſolymitanam praeſes rexit. Semel quidem ipſa ſcriptura ſacra apoſtolatum vocat ἐπισκοπήν: ſed latior Graecae vocis ſenſus, quamuis *inſpectionem*, *intentionemque animi alicui rei factam* complexus.

Nec tamen ſolis apoſtolis, ſed et euangeliſtis ſimili vel errore vel latitudine ſermonis nomen epiſcoporum tributum. Sic *Timotheus*, *Epheſi* epiſcopus, *Titus*, *Cretae*, *Alexandriae*, *Marcus*, dicti, quod in his ciuitatibus aut multum verſati eſſent, eccleſiasque ibi plantatas ſaepe rexiſſent, aut verſati crederentur: quamuis munus euangeliſtae non magis quam apoſtoli pomoeriis vrbium circumſcriptum eſſet. Sic et Patres, epiſcopos ſucceſſores vocarunt apoſtolorum euangeliſtarumque, ſeriemque illorum, qui in eccleſiarum ſingularum epiſcopatus loco apoſtolorum ſuffecti ſint, texere inſtituerunt: quamuis epiſcopi nequeant vere dici apoſtolorum ſucceſſores, niſi in quantum hi ſpecialem curam quorundam aliquando coetuum ſacrorum geſſerunt. Cum enim apoſtoli et euangeliſtae diſſitas gentes ad Chriſtum conuertere, et per totum orbem terrarum eccleſias plantare debuerint: epiſcopi ad vnam adſtricti eccleſiam nec ſucceſſores illorum erant, nec vero id ſibi ſumebant, vt tantum munus ad ſe delatum prae ſe ferrent.

Non defuerunt, qui tertium aliquem fingerent *Iacobum*, *Iuſtum* cognomine, qui apoſtolus ipſe non fuerit, epiſcopus tamen *Hieroſolymitanus* ab apoſtolis conſtitutus ſit: cui et hanc epiſtolam nonnulli tribuunt. Scriptura tamen ſacra non niſi duo commemorante *Iacobos*, hosque apoſtolos; et patrum antiquiſſimis *Iacobum minorem* cognomine *Iuſti* deſignantibus, nec tertii Iacobi vllam facientibus mentionem: non video, cur talem Iacobum fingere, multoque minus, cur hanc ei epiſtolam tribuere debeam [10]).

Non

10) „Bene iudicat auctor. Nec praeterea deſunt characteres interni huius epiſto„lae, quibus illi Iacobo vindicatur, qui Act. XV. et alibi commemoratur.

„Inprimis huc referre liceat argumentum litterarum, illis omnino congruum, „quae de tota *Iacobi* doctrina n. 8. ſcripſimus: quae hic repeti non attinet.

„Quaedam de ſtilo dicenda, perſona *Iacobi*, qualis alibi informatur, omni„mode digno. Non Hebraismis modo plena oratio, vt omnium ſcriptorum „noui foederis, ſed et ille *orientalis* eloquentiae ſuccus atque color, quem in „*Paulli* aliorumque ſcriptis non intellexeris, omnia hic large tinxit. Rariora in„ſunt connexionis veſtigia, particulae inprimis: vt fieri in Hebraica oratione ad„ſolet.

Non minores nobis offunduntur tenebrae, in morte *Iacobi minoris* narranda, quam in vita. IOSEPHVS *k*) docet: *Ananum iuniorem, modo creatum summum pontificem, ferocem fuisse ingenio et insigniter audacem, sectam enim Sadducaeorum sequutum, qui prae caeteris Iudaeis in iudiciis acerbi et immites sint. Talis ergo cum fuerit, opportunum sibi tempus adesse ratum, eo quod Festus quidem vita cessisset, Albinus vero adhuc in itinere esset, concilium iudicum coëgisse: inductoque in iudicium fratre* IESV, *qui dicebatur Christus, (cui Iacobo nomen fuerit,) et cum eo quibusdam aliis, in eos vt legis violatae reos adcusationem instituisse, et statim lapidandos tradidisse. Sed inter ciues modestissimum quemque, legisque obseruandae studiosissimum, grauiter hoc tulisse.*

Locus, vt nunc in IOSEPHO legitur, testatur clarissime de morte *Iacobi*, et vero res notatu dignissimas continet. Sed doctis quibusdam hominibus interpolata haec visa sunt: (*frater Iesu, vocati Christi, cui nomen Iacobo.*) [11]) IOSEPHVS enim summam cau-

„solet. Crebra similia, et quae (si verbis meis audacia detur) haud timeam audaciora dicere, qualia orientis populis sunt in deliciis. Referunt haec auctorem, „qualis *Iacobus* fuit, in Palaestina natum, educatum, aetatemque peragentem, „finesque Hebraeorum forte nunquam egressum.

„Habemus et aliud stili *Iacobi* monumentum, quamuis non multa commata „complexum, Act. XV, 23-30. cuius tamen phrasis cum hac epistola mire con„gruit. Cum illius apostolicae epistolae, *Iacobi* verbis conceptae, tum huius „nostrae, salutatio sola voce χαίρειν absoluitur, contra morem reliquorum aposto„lorum. Phrasis, *bene facietis*, in praecipiendis officiis, reliquis apostolis igno„rata, in vtraque epistola occurrit, Act. XV, 29. ἐξ ὧν διατηροῦντες ἑαυτοὺς, εὖ „πράξετε: et Iac. II, 8. εἰ μέντοι νόμον τελεῖτε βασιλικὸν, - - - καλῶς ποιεῖτε.

„Pro contraria nobis sententia quae adferantur, disce ex *prolegomenis* HAM„MONDI et CLERICI. MICHAELIS.

k) IOSEPHVS in *ant. Iud.* l. XX. c. (VIII. *alias*) IX. §. 1.

11) „Hoc ipsum IOSEPHI comma defendendum argumentis criticis, non recipi„mus: quamuis EVSEBIO aliisque iam lectum. Id vnum monemus, valde no„bis probabile videri, *Iacobum minorem* eo tempore mortem violentam subi„isse, quo *Albinus*, *Festi* in Iudaea successor, a prouincia abfuerit. En tibi „rationes:

a) „Videtur illo ipso tempore grauior tempestas Christianis in Palaestina „degentibus incubuisse. Diras vexationes religionis caussa factas supponit vbi„que illa epistola, quam *Paullus* breui post tempore ad Hebraeos scripsit, hos„que

cautionem adhibet, vbi de Iesu eiusque discipulis dicendum esset: eosque plerumque, (seu, quod verius existimo, semper) silentio inuoluit: siue

„que Palaestinae incolas, (quod alio loco argumentis confirmabimus:) hortatur enim *Paullus*, ne summorum malorum metu victi, Christo nuntium mittant. „Hanc vero calamitatem referendam ad pontificatum *Anani*, ferocis hominis, „qui et Sadducaeus esset; praesertim cum *Albinus* a prouincia abesset, perquam „probabile. Magistratus enim Romani Iudaeos Christianis infestos coërcere „solebant, quod singulari eruditionis et ingenii adparatu ostendit *Nathanael* „LARDNER, in elegantissimo libro, *Credibility of the Gospel-History*, lib.I. c.8.

b) „Si *Ananus* nonnullos praetextu violatae legis morte mulctauit, in his „fuisse Christiani aliqui videbuntur: si vel nullam de *Iacobo* voculam misisset „IOSEPHVS. Sadducaei Christianis inprimis infesti, resurrectionem mortuo„rum exemplo Christi probantibus. Act. IV, 1.2. V, 34. seqq. XXIII, 6-9. Cum „ergo illo tempore ius vitae et necis Iudaeis ereptum esset, id quod adcuratis„sime docet modo citatus LARDNERVS l. I. c. 2. *Ananus* vero, absente praesi„de prouinciae, occasionem datam arriperet, poenas capitis inferendi: non du„bitandum, quin illas in Christianos potissimum exercuerit, idque eo magis, „quod hi ex legibus Romanis poenas dare non possent.

c) „Ex epistola *Paulli* ad Hebraeos scripta haud obscure colligere licet, ali„quos ex doctoribus Christianis tempore grauis huius vexationis pulcram mor„tem pro gloria Christi obiisse. Quid enim illud Hebr. XIII, 7. *quorum (do„ctorum, qui vobis verbum Dei locuti sunt,) considerantes exitum conuersationis*, „*imitamini fidem.* Quae hic ἔκβασις ἀναστροφῆς, in qua tantum fidei specimen „ediderant pii doctores, vt *Paullus* publice totam hortaretur Hebraeorum ec„clesiam, *hunc exitum vt in oculis haberent et animis, atque sic fidem pastorum* „*imitarentur*, nisi mors violenta pro fide suscepta?

d) „Si vllis Christianorum mors oppetenda fuerit in Iudaea religionis cau„sa, verisimile est, *Iacobum* in horum numero fuisse. Plurimum Hierosoly„mis commorabatur, de quo supra et BENSONIVS et nos in *nota* 9. nec vide„tur, grauiore quamuis terrore ingruente, hanc ecclesiam matrem relicturus, „exemplo reliquorum apostolorum, qui nubem malorum, dum detonaret, „sustinebant, Act. VIII, 1. Erat ergo in loco iniuriis *Anani* opportuno. Ante„signanus discipulorum Christi habebatur, (de quo supra BENSONIVS bene „egit) quod non poterat non *Ananum* ad caedem eius excitare. Accedebat, „quod *Iacobus* testis esset eximius resurrectionis Christi, coll. 1 Cor. XV, 7. cui „dogmati cum vni omnium maxime aduersarentur Sadducaei, tantus testis „*Anano* e medio tollendus omnino erat.

e) „Ex epistola *Paulli* ad Hebraeos scripta conlicimus, *Iacobum* circa illud „tempus, quo *Ananus* crudeliter sacerdotio et nefarie praefuit, viuere desiisse. „Pontificatum gessit *Ananus* anno *Christi* LXII, *Neronis* VIII: scripta paullo post „epistola ad Hebraeos, aut vertente hoc anno, aut nascente LXIII *Christi*, *Ne„ronis* nono. Nulla in omni epistola mentio *Iacobi*, nulla salutatio, quamuis „ille

siue nimio auitae religionis amore, siue odio Christianorum, siue tandem quod Graecis et Romanis placere adlaboraret.

Vni-

„ille Hierosolymis sedem consuetam haberet. Quod non modo inhumanum „videretur et asperum, sed et iniiceret Iudaeis suspicionem, sua iam olim sponte „natam, *Paullum* a *Iacobo* dissentire. Quod si dixeris, casu forte *Iacobum* Hie„rosolymis per breue tempus abfuisse, non intelligo, qui *Paullus* id in Italia „rescire tam cito potuerit: nec vero facile crediderim, *Iacobum* extra Iudaeam „profectum, idque tempore persecutionis. Epistola vero ad Hebraeos omni„bus in Palaestina degentibus Christianis scripta erat.

„Ex quibus hanc summam facio mearum cogitationum: *modo vera sint, quae* „IOSEPHVS *narrat, de nonnullis ab Anano iniuste caesis, magnopere videri Iaco„bum ex horum numero fuisse, si vel nihil de illo traderet* IOSEPHVS. Atqui to„tum illud IOSEPHI comma et narrationem nemo in suspicionem νοθείας vocat. „Ergo, quamuis IACOBI, FRATRIS IESV, QVI CHRISTVS DICTVS EST, „nomen a male feriata manu, quod existimant nonnulli, additum sit IOSEPHO, „tamen circa idem tempus animam pro veritate profudisse *Iacobus* videbitur.

„Quo praestructo, IOSEPHI verba iterum iterumque expendens, equidem „non video, cur vel hoc comma, τὸν ἀδελφὸν Ἰησοῦ, τοῦ λεγομένου Χριστοῦ, Ἰάκω„βος ὄνομα αὐτῷ, spurium iure haberi possit. Non negauerim, IOSEPHVM „honorificam *Iesu Christi* mentionem, aut quae dicta apostolorum firmare posset, „consilio et industria omittere: at hic nullum in *Iesum* honorifice dictum. Istud „τοῦ λεγομένου Χριστοῦ, vel ipse *Ananus* dicere potuisset. Nec enim adfirmat, „illum *Christum* esse, sed potius obliqua ratione negat: *dictum* modo fuisse Chri„stum, innuit. Confer Act. XVII, 7. vbi aduersarii *Paulli*: βασιλέα, inquiunt, „ΛΕΓΟΝΤΕΣ ἕτερον εἶναι, Ἰησοῦν.

„Adcusatio *Anani* in morte plectendos, ac si essent παρανομήσαντες, ea ipsa „est, quam Christianis intentare Iudaei solebant: quos παρὰ νόμον, *praeter legem*, „noua et inaudita docere, querebantur. Hanc ipsam adcusationem refellit *Paul„lus*, sibi intentatam, Act. XXVI, 22. *nihil dicens praeter illa, quae Moses et pro„phetae futura praedixerunt*.

„Mouere quem posset, quod hanc caedem damnet IOSEPHVS, addatque: „ὅσοι δὲ ἐδόκουν ἐπιεικέστατοι κατὰ τὴν πόλιν εἶναι, καὶ τὰ περὶ τοὺς νόμους ἀκριβεῖς, „βαρέως ἤνεγκαν ἐπὶ τούτῳ. Ergone, inquis, qui IOSEPHO videntur mitissimi, „legisque obseruandae studiosissimi, (hi vero sine dubio sunt *Pharisaei*) Iacobo et „Christianis fauerent? Fauebant vero nonnunquam, odio Sadducaeorum, con„tra quos Christiani doctrinam de resurrectione mortuorum acerrime defendebant. „Confer omnino Act. V, 34. seqq. XXIII, 6. 9. Sola ratio, ob quam *Paullo* infesti erant „zelotae, inde petenda, quod cum euangelio de Christo praeconium abrogatae „legis Leuiticae coniungeret: qui vero secus agebant, iis, vtut Christum prae„dicantibus, Iudaei Zelotae molestiam non creabant, Galat. VI, 12. 13. Iam, „cum *Iacobus* legem Leuiticam seruaret, nec opus haberet, de illa abrogata di„cere: non abludit, Pharisaeos aegre eius caedem tulisse.

Fusius

Vnicum ergo hoc, quod *Iacobi* nomen exprimit, comma, si pro spurio habeas, nihil ex IOSEPHO colligere licebit, nisi *Ananum* iniuste necem quibusdam irrogasse, quos migrasse legem Iudaeorum prae se tulerit. Hi tamen quales fuerint, atque an haec calamitas in Christianos irruerit, nec ne, incertum dictu.

Eadem quidem citat ex IOSEPHO EVSEBIVS *l*), alia etiam singularia commemorans, ex HEGESIPPO petita, quae tamen historiae illi IOSEPHI (modo et ipsa vera sit) prorsus non congruunt. Sed vt libere loquar, vtraque narratio perquam mihi dubia videtur. Cur enim credas: *Iacobum ab vtero matris Naziraeum exstitisse? ingredi in sanctum sanctorum ei licuisse? quo intrare soli summo pontifici permissum erat, nec vero huic nisi semel quotannis, die propitiationis. At vero Iudaei quo somnio laetiore elusi crederent*, Iacobum, apostolum, Christi fratrem, *a fide in Iesum homines reuocaturum, quam per XXX annos publice et fideliter docuerat? Quae ratio conciliandae vtriusque narrationis? De consilii enim sententia eum damnatum refert* Iosephus, *sed* Hegesippus *in tumultu a turba malorum hominum nulla sententia pronuntiata interemtum scribit. Iosephus* ab *Anano* pontifice damnatum dicit, qui lapidibus obrueretur, quod extra vrbis pomoeria fieri adsueuerat. *Hegesippus* ipsius *Anani* manu occisum prodidit, ex templi substructionibus deturbatum: quem cum Iudaei ex lapsu nondum mortuum lapidibus impeterent, ictu clauae ab iis confectum. Addit etiam, in loco, quo mortuus sit, sepultum esse, eiusque epitaphium, prope a templo situm, adhuc videri. Nec vero Iudaei mortuos, nisi extra vrbem terrae mandabant: minime vero per illorum mores licuisset,

„Fusius de his egimus, ac sub ingressum, facturi nobis videbamur, cogitatione „cogitationes ciente, nobisque stilo indulgentibus. Nec tamen scriptorum nos „poenitet. Lucem ex illis olim (si Deus vitam largitus fuerit) epistolae ad Hebraeos „adfundere adlaborabimus. Sed nunc quod instat, agamus. Epistola *Iacobi*, „modo vera sint, quae hucusque scripsimus, non potest scripta esse, vt volunt non„nulli, anno *Christi LXIII*, *Neronis IX*: iam enim anno *Christi LXII*, *Neronis* „*VIII*, ab *Anano* interfectus est *Iacobus*. Ante hunc ergo annum scripta sit, ne„cesse est. Quod quanta luce illam perfundat, infra videbimus, in nostris *pro*„*legomenis*, §. IV. MICHAELIS.

l) EVSEBIVS in *hist. eccl.* l. II. c. 23.

12) „Nec

licuiſſet, prope a templo ſepulcrum fieri, ne loci ſanctiſſimi religionem violarent.

Multa alia minuta de eodem *Iacobo* narrantur, de quibus nihil ex me audiet lector: aeque enim vana videntur, atque illa, quae iamiam commemoraui. Quod nimium creditur, re minus adcurate perpenſa, incredibile damnum attulit cauſſae verae religionis. Magnopere ergo laborandum, vt vera et genuina a fictis, aut nimia credulitate receptis, diſtinguamus.

SECTIO III.

Auctore epiſtolae inueſtigato, reſtat, vt de his dicamus, *ad quos data eſt.* Hos vero facile agnoſces ex cap. I, 1. *Iacobus, Dei et domini Ieſu Chriſti ſeruus, XII tribubus, quae ſunt in diſperſione, ſalutem.* Scribebat ergo Iſraelitis ex omnibus tribubus, qui extra Iudaeam commorabantur, Chriſti religionem profeſſis. Epiſtola ad *Hebraeos* ſcripta eſt *Iudaeis Hebraice loquentibus*, illisque (vt fere creditur) qui in *Iudaea* et *Hieroſolymis* habitabant: haec vero *Iacobi*, *Iudaeis* extra *Palaeſtinam* degentibus. Cum enim *Iacobo* ſedes eſſet *Iudaea*, quid ad hos daret litteras, qui in Iudaea habitarent eadem? Hos quotidiana curabat diligentia, cum illisque ſaepius erat, miſcebatque ſermones. Iudaeis ergo inter gentes diſperſis, quos ipſe inuiſere non poterat, exempla huius epiſtolae (quae multa fieri ſine dubio curauerat) miſit [12]).

Illis

12) „Nec erat allotrioepiſcopia *Iacobi*, his, Iudaeis qui inter gentes habitabant, „praecepta morum et fidei dare. Non iam dicam, quod apoſtolus fuerit, et quidem Iudaeorum, Gal. II, 9. Nec enim ſolebant apoſtoli ad eccleſias ſibi prorſus ignotas, ſuaeque ſingulari curae non creditas, litteras dare: ſaltem id facientes, verbis mollioribus factum ſuum excuſabant, vt agit *Paullus* Rom. XV, 14. 15. ſeqq. Hebr. XIII, 22. Nullis vero ambagibus, aut lenociniis dictorum „*Iacobus* vtitur, ſed ita ſcribit, ac ſi ſuis, ſibique concreditis ſcriberet. Nempe „et hi ex Iudaeis, Chriſtum colentibus, qui inter gentes degebant, ad curam „*Iacobi* propius pertinebant. Magna eorum pars Hieroſolymis ad Chriſtum „conuerſa erat, Act. II. adhuc etiam, niſi ſinguli quotannis, aliqui illorum tamen „interdum Hieroſolymitanam eccleſiam feſtis temporibus inuiſebant, vt adeo „eccleſiae, cui *Iacobus* praeeſſe ſolebat, partem facere viderentur. Haec ipſa „Iudaeorum itinera, ad ſanctam vrbem ſuſcepta, pulcram occaſionem *Iacobo* praebebant, epiſtolae in quascunque vellet orbis partes dimittendae, ſiquidem redi-

Illis vero *Iudaeis* ſcriptam intelligo epiſtolam, *qui Chriſto nomen dederant*[13]). Nec obſtant, quae cap. V, 1 -- 6. leguntur, ad infideles Iudaeos dici nonnullis viſa. Eſt enim apoſtrophe potius, ſeu illa orationis figura, qua abſentes nec lecturos epiſtolam tanquam praeſentes adloquitur: qua figura vtitur, vt viuido ſermone exprimat conſolationem, quam animis chriſtianorum, oppreſſis a ciuibus ditioribus nec credentibus, cenſebat adhibendam. Idem valet, ac ſi ſcripſiſſet: *cum perſecutores veſtros maneat vrgeatque interitus*, *vos fratres*, *vsque in illum diem patientes eſtote*. Sed plura de hoc ad caput quintum.

Non dubitamus, fore lectores, qui quaeſtionem proponant: *tribusne XII ſcribente Iacobo malis adbuc ſuis fuerint ſuperſtites?* De *Iudae* et *Beniaminis* quidem tribubus dubium fore nullum credimus, ex captiuitate Babylonica reducibus, colentibusque, ſub imperio quamuis Romano, Iudaeam. Omnis controuerſia de X tribubus reliquis. Permittente enim Deo ob idololatriam et peccata

„turis domum tabellariorum loco vti poterat. Accedebat et alia ratio, *Iacobo* „ſcribendi munus et neceſſitatem imponens, quod *Paullus*, qui Iudaeorum inter „gentes degentium hucusque curam egerat, ſiue Romae ſiue in Iudaea tempore „ſcriptae huius epiſtolae captiuus teneretur. Orbarum ergo hoc tanto viro eccle„ſiarum cura magna ex parte in *Iacobum* recidebat. Sed de hoc deinceps. Vni„cum addiderim. Si ſcripta haec epiſtola ad Iudaeos in diſperſione, Graeca vten„tes fere lingua, et Hebraicam aut Syriacam ne intelligentes quidem, omnino „corruet illorum ſententia, qui Hebraica lingua primum ab auctore ſcriptam „eſſe autumant, vel potius fingunt incogitantius, quia Hebraeis ſcripta ſit. Quae „fuit ſententia olim SERARII in *prolegomenis in hanc epiſtolam*, *pag.* 5. exquiſitius „ornata a LORINO *in praefatione in epiſtolam Iacobi cap. VII. p.* 4. 5. Eadem mens „fuit *Claudii* SALMASII in *funere linguae Helleniſticae*, quia, vt ipſe ait, *Iacobus* „Graece non ſciuerit, dono linguarum per vnum modo diem durante. MICHAELIS.

13) „Bene auctor. Quis enim ſibi perſuadeat, *Iacobum*, quem *Iudaei* a *Chriſto* alie„ni non niſi priuatum habebant, publico hos praeconio epiſtolae adloqui aut vo„luiſſe aut potuiſſe? Quod ſi tale quid auſus eſſet, aliud longe requireretur epi„ſtolae argumentum; demonſtratio et explicatio totius euangelii. Qua de re al„tum ſilentium. At abuſus euangelii caſtigatur: de quo, ne Iudaei achriſtiani „illo laborarent, ſolicitudo nulla inceſſere animum apoſtoli poterat. Vellem „haec cogitaſſent nonnulli interpretum, quos inter *Daniel* WHITBY, aliquoties „nobis laudandus, refutandusque, qui ad c. I, 19. (βραδὺς εἰς ὀργήν) et III, 9. 14. „ita commentantur, ac ſi Iudaeos Chriſto rebelles, Chriſtianosque vexantes, illis „obiurgationibus caſtigaret apoſtolus. MICHAELIS.

m) 2 Reg.

cata Israelitarum *Salmanasser* Assyriae Rex, Samaria trium annorum obsidione capta, X has tribus in Assyriam deportauit, sedesque illis aeternas in *Chalach* et *Chabor*, atque ad fluuium *Gozan*, aliisque *Mediae* oppidis tribuit *m*). Nec vero vllibi legimus, X tribus ab exilio rediisse: historicusque sacer memoriae prodidit, ex suis terris in Assyriam deportatos, *vsque ad suam aetatem ibi remansisse n*), quibus aliqua subiungit, de incolis terrae *Israeliticae*, *Israelitarum* loco missis. Nec ab hoc abludit, quod per prophetam Deus praedixit *o*): *se misericordia nulla amplexurum domum Israelis: Israelem deglutiendum esse, et fore inter gentes vas nullius delectationis: non habitaturos in terra* DOMINI: *eiiciendos esse ex domo* DOMINI: *nec ab ipso amplius amandos:* et sic tandem caput illud tristius definit: *abiiciet illos Deus, quoniam ipsi non obediuerunt, eruntque vagi inter gentes.*

Iudaeorum et *Beniaminitarum* quamuis magna pars permissu *Cyri* ex Babyloniae exilio rediret: fert tamen recepta opinio, multos nouae patriae, Chaldaeae, amore captos, remansisse. At praeter duas tribus *Iudae* et *Beniaminis*, multi ex reliquis X tribubus redierunt, Iudaeamque coluerunt [14]).

Praeter

m) 2 Reg. XVII, 5. seqq. inprimis v. 18. vbi dicitur: *nullam tribum relictam esse, nisi Iudae:* cui Beniaminitarum tamen familia accenseri solebat. Vide etiam 2 Reg. XVIII, 9—12.

n) 2 Reg. XVII, 23. seqq.

o) Hos. I, 6. VIII, 8. IX, 3. 15.

14) „Res ipsa est in aprico. Non *Iacobus* solus XII tribubus scribit: sed et *Paullus* „Act. XXVI, 7. Iudaeos vocat τὸ δωδεκάφυλον ἡμῶν, quo nomine non intelligit in „captiuitate Assyriae retentos, diuque iam veri Dei oblitos, sed hos, qui reduces, „*magna animi intentione noctesque diesque sacra facientes, spem resurrectionis auide* „*arripiunt.* Nec tamen puto ex edicto *Cyri* licuisse X tribubus in Assyriam de„portatis redire, quae dudum cum gentibus confusae commerciis, lingua, con„iugiis, religione, desierant esse *populus* seu *cultores Dei*, quibus solis reditus a „*Cyro* permittebatur, 2 Paralip. XXXVI, 23. Verius est, multos ex X tribubus „iam ante exilium Assyriae, patriam mutasse, siue Iudaeam petentes et caussa „religionis, et vero ruente ipsorum republica, siue in Aegytum fugientes, et ibi „cum Iudaeis postmodum confusos. Hae ergo X tribuum reliquiae cum Iudaeis „coalitae et concretae, in captiuitatem Babylonicam abreptae, cum Iudaeis edi„cto *Cyri* Palaestinae sunt restitutae. Hinc δωδεκάφυλον. Caeterum non facile „persuadebit *Mich.* MAVDVITVS, per *duodecim tribus* ab apostolo intelligi *Chri*„*stianos*

Illis vero *Iudaeis* ſcriptam intelligo epiſtolam, *qui Chriſto nomen dederant* [13]). Nec obſtant, quae cap. V, 1 -- 6. leguntur, ad infideles Iudaeos dici nonnullis viſa. Eſt enim apoſtrophe potius, ſeu illa orationis figura, qua abſentes nec lecturos epiſtolam tanquam praeſentes adloquitur: qua figura vtitur, vt viuido ſermone exprimat conſolationem, quam animis chriſtianorum, oppreſſis a ciuibus ditioribus nec credentibus, cenſebat adhibendam. Idem valet, ac ſi ſcripſiſſet: *cum perſecutores veſtros maneat vrgeatque interitus, vos fratres, vsque in illum diem patientes eſtote.* Sed plura de hoc ad caput quintum.

Non dubitamus, fore lectores, qui quaeſtionem proponant: *tribusne XII ſcribente Iacobo malis adhuc ſuis fuerint ſuperſtites?* De *Iudae* et *Beniaminis* quidem tribubus dubium fore nullum credimus, ex captiuitate Babylonica reducibus, colentibusque, ſub imperio quamuis Romano, Iudaeam. Omnis controuerſia de X tribubus reliquis. Permittente enim Deo ob idololatriam et peccata

„turis domum tabellariorum loco vti poterat. Accedebat et alia ratio, *Iacobo* „ſcribendi munus et neceſſitatem imponens, quod *Paullus*, qui Iudaeorum inter „gentes degentium hucusque curam egerat, ſiue Romae ſiue in Iudaea tempore „ſcriptae huius epiſtolae captiuus teneretur. Orbarum ergo hoc tanto viro eccle„ſiarum cura magna ex parte in *Iacobum* recidebat. Sed de hoc deinceps. Vni„cum addiderim. Si ſcripta haec epiſtola ad Iudaeos in diſperſione, Graeca vten„tes fere lingua, et Hebraicam aut Syriacam ne intelligentes quidem, omnino „corruet illorum ſententia, qui Hebraica lingua primum ab auctore ſcriptam „eſſe autumant, vel potius fingunt incogitantius, quia Hebraeis ſcripta ſit. Quae „fuit ſententia olim SERARII in *prolegomenis in hanc epiſtolam, pag.* 5. exquiſitius „ornata a LORINO *in praefatione in epiſtolam Iacobi cap. VII. p.* 4. 5. Eadem mens „fuit *Claudii* SALMASII in *funere linguae Helleniſticae*, quia, vt ipſe ait, *Iacobus* „Graece non ſciuerit, dono linguarum per vnum modo diem durante. MICHAELIS.

13) „Bene auctor. Quis enim ſibi perſuadeat, *Iacobum*, quem *Iudaei* a *Chriſto* alie„ni non niſi priuatum habebant, publico hos praeconio epiſtolae adloqui aut vo„luiſſe aut potuiſſe? Quod ſi tale quid auſus eſſet, aliud longe requireretur epi„ſtolae argumentum; demonſtratio et explicatio totius euangelii. Qua de re al„tum ſilentium. At abuſus euangelii caſtigatur: de quo, ne Iudaei achriſtiani „illo laborarent, ſolicitudo nulla inceſſere animum apoſtoli poterat. Vellem „haec cogitaſſent nonnulli interpretum, quos inter *Daniel* WHITBY, aliquoties „nobis laudandus, refutandusque, qui ad c. I, 19. (βραδὺς εἰς ὀργήν) et III, 9. 14. „ita commentantur, ac ſi Iudaeos Chriſto rebelles, Chriſtianosque vexantes, illis „obiurgationibus caſtigaret apoſtolus. MICHAELIS.

m) 2 Reg.

cata Israelitarum *Salmanasser* Assyriae Rex, Samaria trium annorum obsidione capta, X has tribus in Assyriam deportauit, sedesque illis aeternas in *Chalach* et *Chabor*, atque ad fluuium *Gozan*, aliisque *Mediae* oppidis tribuit *m*). Nec vero vllibi legimus, X tribus ab exilio rediisse: historicusque sacer memoriae prodidit, ex suis terris in Assyriam deportatos, *vsque ad suam aetatem ibi remansisse n*), quibus aliqua subiungit, de incolis terrae *Israeliticae*, *Israelitarum* loco missis. Nec ab hoc abludit, quod per prophetam Deus praedixit *o*): *se misericordia nulla amplexurum domum Israelis: Israelem deglutiendum esse, et fore inter gentes vas nullius delectationis: non habitaturos in terra* DOMINI: *eiiciendos esse ex domo* DOMINI: *nec ab ipso amplius amandos:* et sic tandem caput illud tristius definit: *abiiciet illos Deus, quoniam ipsi non obediuerunt, eruntque vagi inter gentes.*

Iudaeorum et *Beniaminitarum* quamuis magna pars permissu *Cyri* ex Babyloniae exilio rediret: fert tamen recepta opinio, multos nouae patriae, Chaldaeae, amore captos, remansisse. At praeter duas tribus *Iudae* et *Beniaminis*, multi ex reliquis X tribubus redierunt, Iudaeamque coluerunt [14]).

Praeter

m) 2 Reg. XVII, 5. seqq. inprimis v. 18. vbi dicitur: *nullam tribum relictam esse, nisi Iudae:* cui Beniaminitarum tamen familia accenseri solebat. Vide etiam 2 Reg. XVIII, 9 — 12.

n) 2 Reg. XVII, 23. seqq.

o) Hos. I, 6. VIII, 8. IX, 3. 15.

14) „Res ipsa est in aprico. Non *Iacobus* solus XII tribubus scribit: sed et *Paullus* „Act. XXVI, 7. Iudaeos vocat τὸ δωδεκάφυλον ἡμῶν, quo nomine non intelligit in „captiuitate Assyriae retentos, diuque iam veri Dei oblitos, sed hos, qui reduces, „*magna animi intentione noctesque diesque sacra facientes*, *spem resurrectionis auide* „*arripiunt*. Nec tamen puto ex edicto *Cyri* licuisse X tribubus in Assyriam de„portatis redire, quae dudum cum gentibus confusae commerciis, lingua, con„iugiis, religione, desierant esse *populus* seu *cultores Dei*, quibus solis reditus a „*Cyro* permittebatur, 2 Paralip. XXXVI, 23. Verius est, multos ex X tribubus „iam ante exilium Assyriae, patriam mutasse, siue Iudaeam petentes et caussa „religionis, et vero ruente ipsorum republica, siue in Aegytum fugientes, et ibi „cum Iudaeis postmodum confusos. Hae ergo X tribuum reliquiae cum Iudaeis „coalitae et concretae, in captiuitatem Babylonicam abreptae, cum Iudaeis edi„ctoq *Cyri* Palaestinae sunt restitutae. Hinc δωδεκάφυλον. Caeterum non facile „persuadebit *Mich.* MAVDVITVS, per *duodecim tribus* ab apostolo intelligi *Chri*-

 „*stianos*

Praeter hos vero ex Iſraelitis, qui in Aſſyriam traducti erant, aut in Babylonico exilio ſponte remanſerant, multi ex Iſraelis poſteris longa annorum ſerie ſedes in oriente et occidente ſponte fixerant. Alios continua bella (praecipue IV maximorum regnorum temporibus) ex patrio ſolo eiecerant, nouamque quaerere coëgerant patriam, ſiue quam victoris nutus, ſiue animi impetus et commoda vitae commendabant.

Iam haec exiſtit quaeſtio: *vtrum ſparſi inter gentes ex XII tribubus, idololatriam reliquosque gentium ritus, ſuos fecerint, vnus cum illis populus facti? an ſuorum morum tenaces et ſacrorum, diſtingui ab illis potuerint populis, apud quos commorabantur?*

Non quidem dubitandum, multos idololatriae ſe addicentes voragine quaſi gentium hauſtos eſſe: et ſacri tamen et profani auctores produnt, plurimos auitae religionis amantiſſimos cum reliquarum gentium turba non fuiſſe confuſos.

Imperante Perſis atque Medis *Ahasuero*, cuius ab India vsque ad Aethiopiam late diffuſum regnum CXXVII prouincias complectebatur: *Iudaei* (quo ſub nomine *XII tribuum* latent *reliquiae*) per totum eius regnum ſparſi erant *p*). Auitam tamen religionem colebant: *leges enim illorum diuerſae a legibus omnium populorum* dicuntur, *vnde nec regis leges ſeruauerint.*

Dona miraculoſa ſpiritus ſancti cum primum apoſtolis tribuerentur, refert *Lucas*, eodem tempore *Hieroſolymis* egiſſe *Iudaeos*, ex omnibus ſub caelo terris: qui auditis apoſtolis omnes rapti ſint in ſtuporem, dixerintque: *nonne omnes hi loquentes Galilaei ſunt? Quomodo ergo audimus omnes, noſtro idiomate illos loquentes; Parthi,*

„*ſtianos omnes, ſiue Iudaeos ſiue ex gentibus.* Vide illius *analyſin epiſtolarum apo-* „*ſtolicarum, Tom. II. diſſert. XVII. pag.* 648 — 657. Citat Matth. XIX, 28. „Apoc. VII, 4. XXI, 12. vbi *duodecim tribus filiorum Iſraelis* pro omnibus Chri- „ſtianis poſitas exiſtimat. Cui ipſi explicationi ſi iure meo contradixerim, vice- „rimque, proprie ſic dictas XII tribus his locis omnibus intelligi: longior forem. „Id tamen nobis concedatur neceſſe eſt: *primum*, commata ipſa a *Mauduito* citata „dubiae explicationis eſſe: *deinde*, nihil huc facere, quia prophetica ſint. Subli- „mior vero figura orationis, XII *tribus* pro *chriſtianis omnibus* ponens, vtut ex- „cuſari poſſet in ſtilo prophetico, prorſus non deceret epiſtolae ſimplicitatem. MICHAELIS.

p) Eſther. I, 1. III, 8.

q) Act.

thi, et Medi, et Elamitae, Mesopotamiamque colentes, Iudaeam item et Cappadociam, Pontum et Asiam, Phrygiam et Pamphyliam, Aegyptum, et Libyae Cyrenaicae tractus, Romanique adcolae, Iudaei et proselyti, Cretenses et Arabes? Nostris illos linguis praedicantes magnalia Dei audimus q).

In historia itinerum *Paulli*, saepe nobis occurrit verba faciens *Iudaeorum* synagogae, quamuis in vrbe gentium: vt, *Antiochiae* in *Pisidia r), Iconii s), Thessalonicae t), Athenis u), Corinthi w),* et *Ephesi x).*

Illa in oratione, qua regi *Agrippae* defendere suam caussam idem adlaborat, *Iudaeo* homini, nec certe fatorum gentis suae ignaro, subindicat, XII tribus adhuc superstites fuisse, idque esse certum et notum omnibus, maximamque illarum partem aduentum Messiae et resurrectionem mortuorum exspectare *y).*

PHILO, IOSEPHVS, multi etiam ex gentibus auctores, subinde innuunt, iam ante destructam a *Tito* vrbem et rempublicam, Iudaeos per omnem fere terrarum orbem sparsos habitasse z). En tibi testimoniorum tantum, quantum satis erit.

PHILO *a)*, in *libro aduersus Flaccum Aegypto praefectum*, sub initium principatus Caligulae, *Alexandriae et in reliquis Aegypti partibus decies centena millia Iudaeorum habitasse* scribit: *nec enim vnam regionem*, subiungit, *totam Iudaeorum gentem capere, incredibili numero luxuriantem. Ergo esse ex illis aliquos in optimis Europae et Asiae partibus, et insulas et terram incolentes: qui omnes sanctam vrbem, templum Dei altissimi fouentem, caput suae gentis existiment.*

TVLLIVS

q) Act. II, 4—11.
r) Act. XIII, 14.
s) Act. XIV, 1. seqq.
t) Act. XVII, 1. 2.
u) Act. XVII, 17.
w) Act XVIII, 4.
x) Act. XIX, 8.
y) Act. XXVI, 6. 7.
z) Testimonia quae sequuntur, de Iudaeorum dispersione, maximam partem debeo LARDNERI libro *de probabilitate historiae euangelicae* T. I. c. 3.
a) PHILO *in Flaccum* p. 971. C. E.

b) PHILO

TVLLIVS CICERO ita: *cum aurum Iudaeorum nomine quotannis ex Italia, et ex omnibus vestris prouinciis, Hierosolymam exportari soleret,* Flaccus *sanxit edicto, ne ex Asia exportare liceret.* Vide Orat. pro Flacco n. 67.

Anno Christi XXXIX, *Petronio* Syriae praefecto imperabat *Caligula*, vt statuam sibi Hierosolymis in templo poni curaret. Quod edictum, a *Petronio* in Palaestina propositum, vt primum Romae auditum est, *Agrippa maior* in vrbe erat: qui cum ipse *Caesarem* adire non posset, litteris illum ab incepto reuocare studuit. PHILONI *b*) debemus, quod *Agrippae* epistola a nobis non ignoretur; in qua, inter alia, haec leguntur: *commemorandum mihi est de sancta ciuitate, in qua et ego natus sum; caput esse non Iudaeae solum, sed et aliarum regionum plurium, propter innumeras colonias ex illa diuersis temporibus missas, non in vicinas modo terras,* Aegyptum, Phoeniciam, *et vtramque* Syriam, *sed et in remotiores,* Pamphyliam, Ciliciam, *partesque* Asiae *minoris*, Bithyniam *vsque et repostos* Ponti *fines. Nec desunt Iudaei in* Europa, Thessalia, Boeotia, Macedonia, Aetolia, Argis, Corinthi, *inque optimis* Peloponnesi *locis. Nec solum terrarum tractus, sed et insularum clarissimae,* Euboea, Cyprus, Creta, *coloniis scatent Iudaeorum: ne mentionem faciam illarum, quae trans Euphratem degunt. Exigua enim* Babyloniae *parte excepta, aliisque minoribus regionibus, vix maior vlla terra dici potest, quae Iudaeos non alat. Si ergo meae petitioni et deprecationi pro vrbe mea patria adnueris, non vnam modo vrbem beneficio obstringes, sed millenas per omnia orbis climata ciuitates,* Europae, Libyae, Asiae, *insularum, et terrae continentis.*

Tumescente bello Iudaico *Agrippa* minor in oratione, Hierosolymis habita, hoc argumento pacem suadere Iudaeis Palaestinae incolis studet, clade accepta, ipsorum ruinam reliquos Iudaeos per imperium Romanum sparsos tracturam *c*). *Periculum autem* (sic ille) *non solum vos manebit, sed et quotquot in aliis domicilia habent ciuitatibus. Non enim toto terrarum orbe populus est, vbi non vestri portio sit. Quos certe omnes vestram ob defectionem iugulabunt inimici,*

b) PHILO *de legat. ad Caium* p. 1031. 1032.
c) IOSEPHVS *de bello Iud.* l. II. c. XVI. §. 4. *versus finem.*

d) 1081-

mici, et ob praua paucorum hominum consilia vrbes vniuersae sangui ne Iudaico redundabunt.

Idem IOSEPHVS teste probat *Strabone: orbem pene vniuersum inundasse: — — inuasisse vrbes fere vniuersas, nec temere in toto orbe locum inueniri, quin hoc genus hominum sedibus exceperit, et ab eo teneatur. Multos etiam imitari patria Iudaeorum instituta d).*

Ptolemaeus Philadelphus, Aegypti rex, bibliothecae, quam Alexandriae collegerat, legem Iudaeorum additurus, litteris petebat a summo sacerdote *Eleazaro*, vt ex quauis tribu senos mitteret viros, Graece legem reddituros. Cui inter alia respondet *Eleazarus: senos ex singulis tribubus seniores legimus, eosque ad te cum volumine legis misimus e).* Ex quo saltem id adparet, IOSEPHVM haec memoriae prodentem, decem tribus Israelitarum extinctas non credidisse.

Expressius idem IOSEPHVS et distinctius scribit, iter *Ezrae* et agminis illum secuti ex Babylonia Hierosolymam susceptum narrans, quod in tempora *Artaxerxis* incidit: *omnis autem multitudo Israelitarum in ea regione mansit. Quapropter duae tantum tribus per Asiam atque Europam sub Romano degunt imperio. Decem autem reliquae tribus vsque in hodiernum diem loca vltra Euphratem colunt, infinita hominum millia, nec numero comprehendenda f).*

SECTIO IV.

Finis *Iacobi* in scribenda hac epistola quadruplex fuit:

I. Vt Christianis natione Iudaeis caueret a vitiorum illorum contagio, quibus Iudaei maxime laborabant: *superbiae*, secundis rebus; *impatientiae malorum*, aduersis; *prauarum de Deo cogitationum*, inprimis illarum, quae caussam mali moralis ab optimo numine repetunt; *nimiae sui existimationis*, solitaria de fide,

d) IOSEPHVS in antiquit. Iud. l. XIV. c. VII. §. 2.
e) IOSEPHVS ibid. l. XII. c. II. §. 5.
f) Ibid. l. XI. c. V. §. 2.

fide, cognitione et orthodoxia, a pietatis studio seiuncta, gloriantis; *impiae admirationis diuitum*, pauperes ignominiose tractantis; *ambitiosi studii* doctoris obtinendi munus; *indomitorum adfectuum*, vt iracundiae, inuidiae et contentionis; *abusus sermonis et flagitiorum linguae*, (quo in genere sunt iuramenta imprudenter prolata, calumniae, et sermonis quaecunque inconsiderantia;) *auaritiae*, et rerum, quae sensus titillatione aliqua adficiunt, *cupiditatis; dubitationum* de diuina bonitate; *precum aut neglectus aut prauitatis;* et defectus perpetuae recordationis, nos totos a Deo eiusque ex nutu pendere.

2. Vt Iudaeos, quotquot Christiani erant, veram de iustificatione per fidem doceret sententiam. Cum enim non ex lege, sed illa via iustitiam sectari deberent, quam euangelium demonstrat, *ex fide, sine operibus legis:* alii imprudenter, malo alii dolo haec omnia peruertebant, *fidei* explicantes vocabulum de *nudo adsensu, quo veritates euangelii recipimus, a pietate illa, quae in saluandis requiritur, seiuncto.*

3. Vt morbo corporis laborantibus spem faceret restituendae vel per miraculum sanitatis, modo ipsos peccatorum suorum vere poeniteret.

4. Alia et praecipua ratio epistolae scribendae fuit, vt persecutionibus oppressos, et impendentem capiti suo tempestatem expauescentes, ad patientiam hortaretur, ac solatio adpropinquantis et instantis aduentus Domini perfunderet. Ex actis apostolorum et epistolis colligitur, plurima aduersa, quae Christianis incumbebant, a Iudaeis profecta esse. Quorum republica in ruinam praecipiti iam lapsu ruente, instabat finis malorum, quibus Christianos adfecerant. Cumque spes liberationis a malo magnum animo aduersa toleranti robur addat, prudentiae erat, hanc spem Christianis in mentem reuocare.

Ordinem, quo haec agat Iacobus, synopsis nostra docebit. Tempus scriptae epistolae ex quarto, quem fecimus, fine scriptionis diuinare licebit. Si enim proxime tunc aberat Hierosolymorum destru-

destructio g), paucorum modo annorum interuallo epistolae scriptionem a tremendo hoc euentu seiungere debebimus. Vellem equidem ad annum *Christi* LXV referre, (id est, annum ante exordia et classicum belli Iudaici, templum, vrbem et rempublicam internecione delentis:) nisi vel illi chronologi, qui mortem Iacobi ad seriora, quam reliqui, tempora reiiciunt, illam tamen ad annum *Christi* LXIII, *Neronis* nonum referrent; in quorum sententia probabili, cum certi nihil in hac re haberi possit, placide adquiesco [15]).

g) Praedixerat Saluator noster, grauem suis tempestatem ob fidem in se impendere, breui ante destructionem Hierosolymae effundendam. Matth. XXIV, 1 etc. et 32 — 34. Cum vero ex ipsa epistola intelligamus, diram calamitatem peruasisse Iudaeos Christo addictos, vel hoc argumento probabile fit, breui ante vrbis excidium scriptam esse.

15) „At tu vide, quae scripsimus in not. 11. Nec nimis nos vrgent argumenta a „BENSONIO adlata. Si enim epistola anno Christi LX, LXI aut LXII scripta sit, „non video, cur excidium Hierosolymorum proxime abesse non potuerit dici. „MICHAELIS.



SYNOPSIS
BENSONIO AVCTORE.

Praefamine vſus, Paullinis epiſtolis perſimili, XII tribus diſperſas, et vero inprimis quotquot ex illis Chriſtum colebant, adloquitur. Grauiter, vt res tum erant, adflictis ſuadet patientiam, commoda ipſorum promoturam; ſimulque iubet precibus Deum petere, certa fiducia, fore, vt optima quaeuis a Deo accipiant. Pauperes gloriae et bonorum proſpectu, quae Chriſtianismo debebant, paſcit et recreat: diuitum animos premit, oſtendens, huius ſeculi bona propria ipſis et perpetua non eſſe, ſed floris inſtar ictu quaſi ſolis marceſcere. Quae vero praecepta fortitudinis rebus aduerſis dederat, ſpe immortalitatis perſeuerantibus propoſita confirmat.

Nemo tentationum, quibus ad mala pellicimur, cauſſam Deo cur tribuat, habet. Trahit ſua quemque cupiditas, tractumque necat. Immutabili Deo omnia bona debentur, qui ſingulari indulgentia fideles ex Iudaeis primos eccleſiae Chriſti adſcripſit ciues, illisque hoc ſingulari beneficio obſtrictis ſummam neceſſitatem obedientiae, euangelio praeſtandae, impoſuit. Inprimis repudiata adfectuum perturbatione, omnique malitia, lenitatem et charitatem induere debent; linguae fraena adſtringere; et beatitudinem in ſtadio virtutis et pietatis ſtrenue verſati exſpectare.

Cap. II. Hoſpites, in ſacros conuentus ſi qui delati eſſent, non ſtudio aliquo partium diſtinguendi erant: non ob elegantiam cultus et veſtium honorandi, nec ob viliorem amictum ſpernendi. Ditioribus enim opes honoresque huius ſeculi ita cordi eſſe ſolebant, vt Chriſtum eiusque doctrinam alto ſupercilio deſpicerent, eiusque diſcipulos vexarent. Nulla ergo cauſſa erat, cur in hos ſingularem fauorem demonſtrarent Chriſtiani. Praeterea in officio erat, ſocium eadem charitate qua te ipſum complecti, nullo facto inter diuites et pauperes diſcrimine: quam legem eximiam atque praecipuam ſi quis migret, exſortem fore, ait, vitae aeternae, iuſtis promiſſae. Nec vero cognitionem veritatis atque fidem defectum charitatis et miſericor-

ricordiae sarcire. Sicut enim verba egeno data, sine re, nihil illi opis adferant ad bene beateque viuendum; sic nec fidem, pietate ac bonis operibus sterilem, iustos nos reddere posse. Abrahamum enim, et alios, quorum fidem laudibus ornauerit scriptura, operibus suis demonstrasse, fidem suam non inertem aliquem adsensum esse, sed virtutem animi, ad obediendum Deo paratam.

Porro reuocat illos ab ambitu muneris doctorum: naeuis enim neminem omnino vacare, quorum in doctore maior sit turpitudo. Cap. III. Valde bonum et perfectum existimandum esse, si quis linguae fraena satis adducat. Equos enim habenis circumagi, et triremes exiguo gubernaculo: sed linguam quamuis exiguam difficilius regi, liberiusque vagantem Lernam aliquam malorum esse. Esse tamen omnium officium, vt summa diligentia linguam, bestiis immaniorem omnibus, mansuescere doceant.

Absonum esse, eadem lingua hominibus Deo similibus maledicere, qua ipsi Deo benedicas. Tantam sermonum diuersitatem non magis os hominis decere, quam eundem fontem aqua dulcis et salsa deceat, aut oliuae ficum, et fici vitem. Mitem prudentiam, socioque innoxiam, ornare hominem christianum: iram vero et malitiam in regno Christi et virtutis consistere non posse, amore, Cap. IV. pace et benignitate pleno. Lites atque clamores imperio cupiditatis et adpetituum natales debere, ex quibus auaritia, et inuidia, precumque negligentia aut prauitas largo partu existant. Homines voluptatum aut diuitiarum amore captos, nec Deum amare, nec ab illo diligi posse, ambitiosis desideriis infesto, et modesti animi hominibus delectato. Quod si tamen tentationibus resistas, tuorumque te peccatorum et stultitiae poeniteat: gratiam Dei rite sperari posse.

Deinde acerbitatem in reprehendendo et calumniarum audaciam obiurgat, legi Christi contrariam: quibus rebus deditos non legi subiectos esse et obedientes dicit, sed iudices quasi de lege sedere; quorum stolida audacia malo olim compescenda sit. Vt vero imis medullis fixa sit maneatque recordatio eius, quod toti a Deo pendeamus, nec vnquam fluxa huius vitae conditio ex animis nostris effluat: nihil a Christianis incipiendum et auspicandum esse, quin totum illud voluntati diuinae permittant. Qui secus agunt, peccare, nec esse mirum, si conatus eorum euentu destituantur.

Cap. V. Infideles Iudaeos cauſſam habere, cur venientia mala cum eiulatu et planctu exſpectent, eleganti apoſtrophe docet. Opes ipſorum inutile pondus ipſis futuras, vitam etiam in ſummum venturam diſcrimen, meramque maledictionem exſpectandam docet: quia malis artibus collectas opes in malos vſus conuerterint.

Has inter fati impendentis minas, bono animo eſſe Chriſtianos iubet, ab inimicorum ſaeuiſſimis liberandos. Patientiam tamen adhibendam eſſe in exſpectando hoſtium exitio, vt ruſtici meſſem exſpectent. Nec vero eſſe ipſos primos, quibus tanta malorum moles iucumbat: Iobi et veterum prophetarum patientiam, quam cognitam habeant, exempla ipſis fortitudinis praebere. A diuina etiam bonitate liberationem omnino ſperandam eſſe. Nulla vero mala, nec aliam vllam cauſſam, leuiter effuſa iuramenta prouocare debere, neque per Deum, nec per vllam rem creatam. Hoc decere Chriſtianum adflictum, vt precibus ad Deum accedat: laetum vero, vt canticis ſacris laetitiam ſuam effundat.

Si quem Chriſtianorum morbus vrgeat, a Deo in poenam peccatorum immiſſus, quibus naſcenti euangelio dedecus et macula adſpergebatur; iubet congregari ſeniores eccleſiae, vt precati oleo ipſum ex mandato Chriſti vngant: his enim precibus propheticis et miraculoſis ſanatum iri aegrotum, et valetudinis aduerſae cauſſam, peccata, remitti. Singularium harum et extraordinariarum precum vim eſſe incredibilem.

Finem imponit ſcriptioni, hoc vnum addens, vtiliſſimam eſſe diligentiam, quae fratre ab errore ac vitiis reuocando occupetur; ſic enim fratrem ab ipſo mortis limine reuocari, eiusque peccata vt deleantur perfici.



IO.

IO. DAVIDIS MICHAELIS PROLEGOMENA IN EPISTOLAM IACOBI.

§. I.

Plurima quidem, quae epistolam *Iacobi* lecturis et intellecturis „scitu sunt necessaria, in historia praemissa docte et eleganter „tradidit BENSONIVS. Sunt tamen, quae, lectoris commo„do, addi posse videantur, ex quibus haud parum lucis epi„stola accipiat. *Occasionem et scopum scriptarum litterarum* adcura„tius pernoscere neminem quidem poenituerit: de *inspiratione eius*, „*diuinaque auctoritate*, verbum saltem addere, non erit inutile: *or„dinem* vero, quo inter catholicas primum locum obtinet, ac tan„dem *priscam totius epistolae diuisionem* in capitula et breues, expo„nere et illustrare, nec iniucundus erit nec sterilis fructu labor. „Haec paucula igitur, ab auctore praetermissa, legemus, et paralipo„mena dabimus prolegomeνων: sed, quam fieri poterit, breuissime.

§. II.

„Accedamus ad scopum epistolae [16]), adcuratius explicandum. „Nec enim omnia, quae ex singulis versibus aut capitulis disci pos„sunt, ad scopum *Iacobi*, quo epistolam scripsit, referenda.

„Com-

16) „Non defuerunt, quibus *Iacobus* non epistolam ad certum aliquem finem perti„nentem, sed varia scripsisse videretur. Abrupto sermone dissolutas sententias, „et praecepta pietatis nullo inter se nexu colligata tradere contendunt. Sic CLE„RICVS ad c. 1, 6. — — *in hac epistola passim occurrunt praecepta varia, sine or„dine vllo inter se congesta, vt et in aliis apostolicis epistolis. Viri sancti ea profun„debant, quae videbant vsui fore iis, ad quos scribebant, nullo seruato ordine, qui „necessarius non est in eiusmodi scriptis et monitis.* Nollemus dixisse virum omni„no clarissimum, quae aegre cum reuerentia verbo apostolico debita consistunt. „Sine connexione scribere, ingens est sine dubio vitium orationis, tenebras le„ctori offundens, et lumini dictorum ita officiens, vt sententiam illorum adcu„ratius percipere non possis. Alia in hoc ratio est Prouerbiorum *Salomonis*, libri,

„sapien-

„Communis opinio tulit, Iudaeos ex epiſtolis *Paulli*, quas ad „*Romanos Galatas*que dedit, male intellectis, nefarium hauſiſſe errorem: *fidem ſolitariam ſaluare, quamuis fructibus operum bonorum „deſtituta impietatem ſibi comitem habeat.* Hunc ergo errorem vt „ex animis illorum eriperet, epiſtolam ſuam *Iacobum* ſcripſiſſe. Cu„ius rei argumentum ex c. I, 22-27. etc. II, 14-26. petunt. Hunc ta„men finem, primarium ſaltem, eſſe, graues ob cauſſas in dubita„tionem vocari poſſit: quamuis non negemus, c. II, 14-26. eius„modi errorem refutari, qui capiti IV epiſtolae ad *Romanos* male „intellecto originem debere poſſet [17].

„Si enim error, ex *Paulli* ſcriptis male intellectis ortus, tam „late ſe per incolentes orbem terrarum Iudaeos diffuderat, vt *Iaco„bus*, ſoli alioquin Palaeſtinae intendere ſolitus, neceſſarium duceret, „ſingulari illum epiſtola coërcere: *Paullusne* ſederet? nec malo „ex ſua epiſtola orto auctoritatem ſuam ſcripto publico opponeret? „Nullane cura pro eccleſia et ſollicitudo animum ipſius vrgebat, de „qua 2 Cor. XI, 28. 29. ſcribit: *agmen occupationum mearum quotidianum*

„ſapienter dicta vario tempore et diuerſa occaſione colligentis, in quo vix fieri „poteſt, vt membra orationis cohaereant: alia quiſtolae, et quidem publicae, qua „diſſitas maxime eccleſia adloquitur *Iacobus*. Accedit, quod in pleriſque locis, „in quibus connexio nulla eſſe videtur, *particulae connectendi* compareant, vt c. I, 6. „δὲ, v. 19. ὥστε, v. 21. διὸ, v. 22. δὲ, quas niſi inepte adiecerit et in chartam effuderit „apoſtolus, ſequitur, vt filum aliquod orationis ſit, quamuis difficilius intelligatur „atque inueſtigetur. Quod filum orationis ſi bene ſecuta fuerit paraphraſis BEN„SONII, aut, ſi ab hac nonnunquam quaſi e manu amiſſum, referre et lectori „monſtrare nobis datum fuerit: optime confutabitur, et nullo negotio ipſa con„cidet CLERICI ſententia.

17) „Ex *Paulli* doctrina male, a malis habita, natum eſſe errorem Iudaeorum de *fide „operibus ſterili ad ſalutem ſufficiente*, prorſus crediderim. Verbis *Paullinis* con„ceptus eſt c. II, 24. defenditur etiam argumento *Paullino*, a iuſtificatione *Abra„hami* petito, quod ex manibus contradicentium quaſi extorquet *Iacobus*, c. II, „21—23. Cum tamen doctrina de ſanctificatione in epiſtola *Paulli* ad Romanos „et Galatas acerrime inculcetur; verbumque ore prolatum, et labili exceptum ab „auditoribus memoria, facilius peruertatur, et a peruerſis hominibus in prauum „ſenſum rapiatur, quam litteris conſignatum: vero videtur ſimilius, ex oratio„nibus *Paulli*, quam ex epiſtolis errorem effictum eſſe. Nec quidem probabile „eſt, ex epiſtola ad Romanos ante paucos annos ſcripta, nec dum per orbem ter„rarum diuulgata, late ſerpere potuiſſe mali huius contagium, idque *Paullo* Ro„mae praeſente, et ſine dubio contradicente.

18) „Sin-

„*dianum, cura omnium ecclesiarum. Quis infirmus est, nec ego infirmus* „*fio? quis offenditur, nec ego vror?* Atqui non solum nulla superest epi„stola Paulli eodem hoc vno fine scripta: sed et illae ipsae epistolae, „quas circa hoc tempus scripsit, ad *Philippenses*, *Ephesios*, *Colossenses*, „*Hebraeos*, minime eius sunt argumenti, vt errori, quem *Iacobus* op„pugnare dicitur, e diametro oppositae videri possint. Vnde iure „colligo, ad pauciores contagium mali manasse, quam vt singulari „epistola, quae illi mederetur, opus esset.

„Deinde si *Iacobus* prauam de iustificatione sententiam, atque „alia malorum deliria *ex professo* refutaret, quibus epistola *Paulli*, „nobilissimi per Europam Asiamque apostoli, quamquam inepte ex„plicata, natales dederat: omni ratione fuisset ei cauendum, ne cum „tanto viro pugnare videretur. *Paullus* laudandus, ipsius verba „explicanda, atque a suspicione erroris vindicanda et absoluenda „erant: idque eo magis erat necessarium, quod iam olim suspicio, „quamuis falsa, coorta esset, de dissensu *Paulli* atque *Iacobi*. Qua„rum rerum cum nihil fiat a *Iacobo*, existimauerim, *non illius finem* „*primarium esse, errores ex Paullo male intellecto ortos refellere, sed* „*quidquid in hanc sententiam dicat*, ὡς ἐν παρόδῳ *dicere*.

„Confirmant me loca ipsa *Iacobi* inspecta. Cap. I, 22. iubet „christianos *non auditores modo, sed actores verbi fieri*. Ad hoc ta„men praeceptum, cum antecedentibus per particulam ΔΕ conne„xum, ipsa leniter defluxit oratio occasione alius praecepti. Patien„tiam sub adflictionibus suaserat piis apostolus, atque, vt tentati Deo „ne subirascerentur, ab eoque originem mali repeterent, sed po„tius verbum euangelii, meliora docentis, reciperent. His addit, „hoc verbum euangelii non solis auribus recipiendum, sed ipso ope„re. Iam haec non propter se, sed occasione aliorum dici, mani„festum. C. II, 14. seqq. refellit illos, qui fidem operibus destitutam „saluare crederent. Nec tamen hoc ipsum facit, nisi occasione prae„cedentium ductus et quasi coactus. Voluerat enim, amorem Chri„stianorum et charitatem fraternam vsque ad orphanos et viduas „descendere, (c. I, 26. 27.) nulloque personarum et diuitiarum respe„ctu, (c. II, 1-7.) omnes amari et beneficiis deuinciri: (v. 8 9.) quae „praecepta, si quis migret, illum ait *totam legem migrare*, (v. 10. 11.) „et acerbissimum Dei iudicium exspectare debere. (v. 12. 13.). His „opponi posse videbatur: *nimis Iacobum rigide loqui. Quamuis*

„*negligant charitatem*, *fidem tamen habere illos*, *in quos haec dican-* „*tur: solam vero fidem*, *teste euangelio*, *saluare*. Quod dubium sol- „uit apostolus iterum ὡς ἐν παρόδῳ v. 14-26. [18]).

§. III.

„Alius ergo scopus isque primarius epistolae *Iacobi inuestigan-* „*dus*, cuius quidem haud obscura vestigia neminem facile, nisi in- „cautum, fallent. Illum vero duplicem esse crediderim:

1) „grauiter adflictos Christi atque euangelii caussa, spe et sola- „tio perfundere.
2) „vitia Iudaeorum acrius coërcere, et ne siluesceret ecclesia, „obiurgationibus tanquam ferro compescere.

„De vtroque dicendum.

§. IV.

„Cum sub ipsa nascentis Christianismi exordia Romanis „aequissimis iudicibus vterentur Christiani, Iudaeos hostium habe- „rent infensissimos:[19]) factum est, vt qui ex gentibus Christo nomen „dederant, solis Romanis subiecti, tranquillam satis vitam agerent, „quam *vt* PERAGERE, seu porro agere liceret, precibus a Deo im- „petrandum erat, alibi iubente *Paullo*, 1 Timoth. II, 2, Iudaeos ve- „ro, *Iesum* Messiam profitentes, magna vexationum vis vrgeret, „quibus et odia suae gentis grauius incumbebant, et quos ad syna- „gogas rapere et plagis adficere, non in Palaestina solum, sed vbi- „cunque coloniae Iudaeorum essent, licebat.[20]). Vnde horum pa- „tientiam et fortitudinem in tolerandis malis, confirmare solatio, „nunquam fere superuacaneum esse poterat. Confer etiam, quae „in eandem rem adferet BENSONIVS ad c. I, 9. quae hic exscribi, „opus non est.

Magis

18) „Singularis est, vt saepe, sententia HAMMONDI, de scopo epistolae. Gno- „sticis, quos ipse nunquam non oppugnat, bellum putat ab apostolo indici. Non „opus est, vt toties confixam et iugulatam a reliquis interpretibus sententiam „HAMMONDI, de Gnosticis per totum nou. test. oppugnatis, nouis ictibus peta- „mus. Si tamen operae pretium fuerit, illam de nouo examinare, confer, quae „in notis HAMMONDO additis habet eruditissimus CLERICVS.

19) „Multo eruditionis adparatu, nec minore ingenio et sagacitate de hoc egit, sae- „pe nobis citatus et citandus *Nathanael* LARDNER, in *Credibility of the Gospel* „*History* Vol. I. c. 8.

20) „Vide, quae capite citato disserit LARDNERVS §. 8.

„Magis id necessarium vbi noua tempestas, aut cogeretur, „breui in capita piorum effundenda, aut iam ingrueret et detonaret.

„Prima quidem nascentis ecclesiae tempora historiae luce ni„mium carent, nec satis clare memoriae est proditum, nouane ali„qua vexatio Iudaeis inter gentes degentibus, annis Christi LX, LXI, „LXII coorta sit. (Vide *notam 11. et 15.*), Nec tamen desunt argu„menta, ex quibus id colligere licet, quod certis et claris auctorum „testimoniis probare non possumus.

„Captus erat in Iudaea *Paullus*, euangelii clarissimus praeco, „et, cum procuratores prouinciae Iudaeis fauerent, diutius in car„cere habitus, Romam postea in vinculis missus, vt caussam suam „Caesari defenderet, quibus in vinculis biennium versatus est. Quae „vincula illustris apostoli non poterant non Iudaeis a Christo alie„nis animos addere, sua iam sponte proiectis, ad nefarie auden„dum aliquid in Christianos. Horum autem animi facile premeban„tur, et grauiora sibi suoque capiti metuebant, cum vinculis Romae „coërceri antesignanum suae sectae viderent. Vnde ex hoc ipso „carcere Romano scriptis *Paullus* epistolis fideles hortabatur, ne ob „sua vincula mollescerent animis. Sic ille Eph. III, 13. *quapropter „rogo, ne in adflictionibus meis pro vobis succumbatis, quae vobis „gloriae cedunt.*

„Accedebat his malis, quod Iudaei, in dispersione gentium „degentes, quorum curam hucusque continuis susceptis itineribus „diligentissime *Paullus* egerat, patre quasi suo orbati essent, illoque „aegre carerent magistro, Romae captiuo, qui adflictis animos ad„dere solebat. Eo magis opus erat, vt iacentes solatio erigeret, et „vere paterno animo orbos susciperet *Iacobus*, ad quem cura epi„scopalis, cui honeste hucusque et egregie *Paullus* praefuerat, de„uoluta videbatur.

§. V.

„Graui ergo de caussa *Iacobus* praeceptis christianos ex Iudaeis „confirmat, docetque, quo animo adflictiones subire, et quomodo „in illis versari debeant. Quod ita facit, vt

1) iubeat, *tentationes et adflictiones pro materia gaudii haberi:* „c. I, 2.

2) „addat huic praecepto rationes, ab vtilitate petitas, quam ex aduersis percipere possumus: c. I, 3 - - 12.

 3) vetet

3) „vetet, *culpam mali Deo tribuere*, ſi inter adflictiones tentari „te, et ad peccandum irritari ſentias c. I, 13 -- 15. cum tamen a „Deo non niſi bona proficiſcantur, v. 16 -- 18. vnde ei, vexationes „permittenti, non ſubiraſci debeamus, ſed potius verbum euan„gelii, patientiam ſuadentis, miti animo recipere, illiusque „factores fieri: v. 19 -- 25.

4) „doceat, aliis, qui adflicti ſunt, quamuis infimae ſint ſortis „homines, benigne ſuccurrendum, et quaſi cum ipſorum ma„lis communicandum eſſe: c. I, 26. 27. Quod charitatis officium „omnem excludere dicit perſonarum reſpectum: c. II, 1. cuius „ſtultitiam inſigni exemplo in oculis quaſi legentium defigere „ſtudet: v. 2 -- 7. ſubiungens, quam grauiſſime peccare, ſi qui „praeceptum charitatis negligant: v. 8 -- 13. quos ſola fide ſal„uatum iri negat: v. 14 -- 26.

„Ad eandem quoque materiam ſpectant, quae alia data occaſione „c. V, 7 -- 11. ſcribit, patientiae Chriſtianorum promouendae et ſpem „meliorum temporum, et exempla piorum adhibens.

§. VI.

„Praeter hunc finem primarium, cuius conſequendi vrgens „neceſſitas has ab apoſtolo litteras exigebat, ſtatutum quoque erat, „vitia nonnulla, quibus Iudaei prae reliquis laborabant, caſtigare, „et ad virtutis ſtudium calcaria illis ſubdere. Quod facit cap. III. IV. „V. Et quidem

1) „*docendi pruritum*, ex nimia propriae ſapientiae exiſtimatione „ortum, obiurgat, ex quo linguae intemperantia, et diſputa„tionum acerbitates naſcebantur. Qua occaſione cum caele„ſtem commemoraſſet ſapientiam, huic inimicam adfectuum „intemperiem acerrime reprehendit. c. III, 1 -- IV, 12.

„Proprium fere Iudaeis vitium erat, quod ſingulari cupidi„tate muneri doctorum inhiarent. Confidebant quippe, ſe „eſſe *ductores caecorum*, *lumen illorum*, *qui in tenebris verſan„tur*, *caſtigatores ſtolidorum*, *doctores infantum*; quod illis „exprobrat *Paullus* Rom. II, 19. 20. Nec deerant inter illos, qui „vel aſperiora doctorum munera, et itinera ad peregrinos po„pulos proſelytorum faciendorum cauſſa, ambitioſius expete„rent: teſte non ſaluatore ſolum noſtro Matth. XXIII, 15. ſed

et

„et exteris ſcriptoribus. Inprimis vero Iudaei, Chriſti nomen „profeſſi, impuro quamuis nonnunquam animo, et praeiu„dicatarum opinionum tenaci, epiſcopatibus inſidiati quaſi „videntur. *Epheſi* cum conſtituendi eſſent ſeniores, erant, qui „haec munera cupide ambirent, 1 Timoth. III, 1. quos quo ma„iore fiducia repudiare poſſet *Timotheus*, praeſcribit ei apo„ſtolus, quales pulcherrimo muneri adhibere debeat, v. 1--7. „Ambitioſos vero hos homines vix dubitabit attentus totius „epiſtolae lector ex Iudaeis fuiſſe, ex illis quidem, de quibus „*Paullus* 1 Timoth. I, 7. *dum volunt eſſe legis doctores, non in„telligunt, nec quae loquuntur, nec quae magna cum adſeueratio„ne dicunt.* Ex eadem gente fuiſſe videntur, quibus ne *Titus* „Cretenſium voluntate et ipſorum ambitu coactus epiſcopatus „permitteret, auctoritate epiſtolae ſuae cauit apoſtolus. Vide „Tit. I, 5--9. 10. 11. 14. Magnopere ergo opus erat, vt et *Iaco„bus* faſtum Iudaeorum, et ambitum, retunderet.

2) „*Fiduciam in diuitiis poſitam* grauiſſime reprehendit: c. IV, „13--17. quam quo acerbius perſtringere poſſit, apoſtrophe ad „Iudaeos diuites a Chriſto alienos vtitur: c. V, 1--6.

„Qui extra Palaeſtinam verſabantur Iudaei, vtpote magnam „partem mercaturae operam dantes, inſignibus inſuper immu„nitatibus et iuribus ornati, Palaeſtinenſes diuitiis facile vince„bant. Quod vel ex eleemoſynis colligimus, quas quotannis „in Palaeſtinam mittere ſolebant, ad alendos pauperes. Proni „ergo in illa vitia erant, quibus diuitiae non raro commacula„tae ſunt.

3) „*Patientiam rebus in aduerſis* iterum confirmat, arrepta oc„ſione ex illis, quae v. 6. dixerat. Vide c. V, 7--11.

4) *Iuramenta leui animo prolata, et quae ex his facile exiſtunt, „periuria*, vetat: v. 12.

„Ingens Iudaeorum erat ad iurandum in rebus leuiſſimis „procliuitas. Ne quidem *piorum hominum* hiſtoria, quamuis „breuiſſime in ſacris litteris narrata, exemplis prauae conſue„tudinis ſterilis eſt. Quoties *Dauid*, nulla graui de cauſſa, „ſuum illud ITA DEVS MIHI FACIAT, ET ITA ADDAT, NISI „etc. inſonat? His ergo exemplis cum peccandi licentia cre-

 uiſſet,

„uisset, opus erat cauere, ne eadem audacia in ecclesiam noui „foederis irrumperet.

„Per Deum quidem leuiter et in communi vita iurare, im„pium visum prudentioribus Iudaeorum: quam licentiam se„quiore tempore ex ecclesia sua proscribentes, grauius longe „malum pseudothyro admiserunt. En tibi PHILONIS et de „procliuitate Iudaeorum ad iurandum querelam, et consilium „prauum, de iurando non per Deum, sed per res creatas: „*lib. de specialibus legibus* pag. 594. B. (citamus editionem Colo„niae Allobrogum 1613. emissam). *Illis quoque laus debetur, „qui quoties vrgentur, sacramentum dicere, cunctando tergi„uersandoque religionem incutiunt non solum spectantibus, sed „et ad iurandum prouocantibus. Solent enim quidam, vbi hoc „solum protulerint*, ita me adiuuet! *reliquum ex abrupto subti„cere, nihil addentes amplius, nec absoluentes formulam. Pot„est enim suppleri, si libeat non statim addendo: non* altissimus, „*aut* summus rerum conditor; *sed* TELLVS, SOL, CAELVM, „MVNDVS. *Sunt enim hae creaturae praecipuae, nimirum anti„quiores nostro genere, sempiternaeque omnis expertes senii, „sic volente caelesti numine. Alii vero tam faciles sunt ad iuran„dum et temerarii, vt praeteritis nimia properatione creaturis „omnibus, ad ipsum creatorem patremque vniuersorum audeant il„lotis pedibus irrumpere. — — — Nunc in tantum valet impie„tas quorundam, vt vel religiosissima, nec sine horrore audienda „Dei nomina congerantur aceruatim per summam impudentiam* „etc. Iubet ergo iurare non per Deum, sed *caelum*, (quod hic ve„tat *Iacobus*) aut per *patris et matris siue sanitatem, siue memo„riam:* ibid. pag. ead. A. Satis vero tenaces huius praecepti Iu„daeos, quibus in vsu erat inepta iuramenta effundere, per *caelum* „Matth. V, 34. *terram*, v. 35. *Hierosolymam*, ibid. *caput suum*, v. 36. „*templum*, c. XXIII, 16. *altare*, v. 17. Vide commentatores ad lo„ca citata. Serpsit eadem prauitas ad Arabum gentem, Iu„daeae olim coniunctissimam. En tibi iurantem *Muhamme„dem*, Sura LI, v. 1--4. *per spargentes sparsione* ventos, *per„que portantes onus* camelos, *et currentes faciliter, et disper„tientes rem*, Sura LII, 1--5. *per montem, et librum descri-*

ptum

„*ptum in membrana expansa, et domum visitatam, et tectum* „*eleuatum.* LIII, 1. *per stellam, cum occubuerit.*

„Cuius indolis adseuerationes, cum iuramenti loco profer„rentur, omnino ad Deum ipsum pertinebant. Per vrbem „sanctam iurabatur, quatenus esset vrbs maximi regis, et sic „porro: docente Christo, Matth. V, 34 -- 36. Vnde pessimum, „in praua consuetudine, malorum, quod Iudaei eius generis „ius iurandum nulli sibi religioni ducerent: quod et ex verbis „Christi Matth. XXIII, 16. seqq. intelligitur, et ex profanorum „et Iudaeorum testimoniis. Adscribemus, quae ad Matth. V, 34. „citat WHITBYVS: MAIMONIDES, *si quis per caelum*, inquit, „*iurauerit, aut per terram, non est iuramentum. Et Rabbi* „IVDAS, *nihil*, inquit, *est, si quis per Hierosolymam iuret, nisi* „etc. *Idem* MARTIALIS *dicit noto disticho:*

„*Ecce negas, iurasque mihi per templa tonantis:*
„*Non credo! iura, Verpe, per Anchialum;*

„siue potius: *per Ancharium*, i. e. per asinum, qui in myste„riis Iudaeorum esse a Romanis putabatur.

5) „*Quae diuerso rerum statu agenda sint*, praescribit: inprimis „iubet, illos, qui morbo corporis ob peccata a Deo inflicto „laborabant, senioribus peccata confiteri, illorumque preci„bus sanari; c. V, 13 -- 20.

§. VII.

„Ad diuinam auctoritatem epistolae quod attinet, eam nemo „negabit, qui crediderit, ab apostolo *Iacobo*, *Alphaei* filio, quem „columnis ecclesiae accenset *Paullus*, scriptam esse: de quo supra et „BENSONIVS egit, et nos aliqua addidimus. Pluribus eam defen„dit *Leonhardus* TWELLS in *examine critico*, Lond. 1731. Anglice „edito, Part. II. pag. 82. cuius verba latinitate donata habes in WOL„FII *curis in hanc epistolam pag. 2. seqq.* Vnicum addimus illis, quae „*Leonhardus* TWELLS obseruauit. Obiecit auctoritati et antiquitati „epistolae editor nuperus testamenti Graeco-Anglicani, quod anti„quissimi patres, quos inter primum laudat CLEMENTEM *Roma*„*num*, nullam eius faciant mentionem. Nisi tamen fallimur, ab ipso „CLEMENTE *Romano* citatur *epist. I. ad Corinth.* §. 23. πόῤῥω γενέσθω „ἀφ' ἡμῶν γραφὴ αὕτη· ταλαίπωροί εἰσιν οἱ δίψυχοι: *absit a nobis scri*„*ptura ista: miseri sunt duplicis animi homines.* Quod citatum nisi

ex

„ex Iacob. I, 7. 8. aut IV, 8. 9. petitum ſit, neſcio, in qua parte codi„cis ſacri requiram. Caeterum dura in hanc epiſtolam B. LVTHERI „verba, quae, modo fieri poſſet, eradenda eſſent his, qui magno „alioqui viro veritatis debent cognitionem, et collecta diligenter, „et iure refutata, dabit *Caſp. Eraſmus* BROCHMANNVS in *prolego„menis commentario in epiſtolam Iacobi praemiſſis*, *Hafniae* 1640. „iterumque 1706. Vide illum *pag. 2. ſeqq.*

§. VIII.

„De ordine, quo epiſtola inter catholicas comparet, nonnihil „addendum. Primum quippe locum obtinet, epiſtolis etiam *Petri* „praepoſita. Cuius ordinis ratio eſſe videtur, quod *Iacobus* epiſco„pus cenſeretur Hieroſolymitanus, quam eccleſiam, vt matrem, „etiam ſupra Romanam venerata ſit antiquitas. Quo ordine exhi„bent eam Graeci codices, Syriaci, vulgata verſio HIERONYMI, atque „ex hac factae ante LVTHERVM Germanicae. LVTHERVS vero, „inſpirationi eius infeſtus, loco primo mouit. Priſca tamen Lati„na verſio, qua ante HIERONYMVM vtebatur Latina eccleſia, pri„mam *Petri* epiſtolam noſtrae praemiſit, teſte HIERONYMO *in pro„logo in VII epiſtolas catholicas:* cui conſentientia concilia et patres „citat BROCHMANNVS in *comment. in ep. Iacobi* pag. 30. quos tamen „aliter agentes numero facile vincent. Illis, qui *Iacobi* epiſtolam „praemittunt, addere liceat minus forte hucusque notos Syros, IA„COBVM EDESSENVM in *onomaſtico*, et EBEDIESV, qui in *carmi„ne de libris Syriacis* ſcribit: *tres etiam epiſtolae*, *quae inſcribun„tur apoſtolis in omni codice et lingua*, *Iacobi*, *Petri et Ioannis.* Vi„de ASSEMANNI *bibliotb. Orient. T. II. pag. 499. T. III. pag. 9. 10.* [21]).

Caete-

21) „Cauſſam, cur epiſtola *Iacobi* praeponatur *Petri* ſcriptis, quem virum princi„pem tamen apoſtolorum credidit antiquitas, eandem explicat *Venerabilis* BEDA „in *prologo ad epiſtolas catbolicas*, his verbis: *in quibus ideo prima epiſtola Iacobi „ponitur, quia ipſe Ieroſolymorum regendam ſuſcepit eccleſiam. In catalogo enim „apoſtolorum priores ſolent nominari Petrus et Ioannes. Verum fons et origo prae„dicationis euangelicae, incipiens ab Ieroſolyma, per orbem diffuſa eſt vniuerſum: cu„ius catbedrae dignitatem etiam Paullus apoſtolus in eo nominando venerans ait: Ia„cobus, Cepbas et Ioannes, qui videbantur columnae eccleſiae.* Vide *Guilielmi* „CAVEI, qui prologum primus ex mſcr. edidit, *biſt. litter. T. I. pag.* 335. Idem „hunc epiſtolarum catholicarum ordinem iugulare exiſtimat praerogatiuam, Ro„manae eccleſiae a pontificiis tributam: ſuſpicatur etiam, malum ſubeſſe do-

lum

„Caeterum non fugit eruditos, antiquos codices quam plurimos epistolam *Iacobi*, omnesque catholicas statim post acta apostolorum collocare. De codice Vaticano id notissimum. Confer „f. Vener. PFAFFII *diss. de var. lect. N. T. c. III.* Idem facit codex „*Vindobonensis* XXXIX, descriptus a LAMBECIO in *bibliotb. Vindobon. Tom. III. pag. 48. 49.* et codex *Eschenbachianus*, docente id „*Conrado* SCHÖNLEBEN in *notitia codicis N. T. Ebneri ab Eschenbach*, pag. 25. Eundem seruant ordinem Syri, teste *Richardo* „SIMON in *historia versionum N. T.* c. XIV, et inprimis ASSEMANNO „in *bibliotb. Orient. T. III.* pag. 9. 10. vbi carmen EBEDIESV *de libris* „*Syriacis* exhibet et illustrat. Scribit EBEDIESV: *actus quoque apostolorum, quos ad Theophilum scripsit Lucas: tres etiam epistolae,* „*quae inscribuntur apostolis in omni codice et lingua:* IACOBI, PETRI *et* IOANNIS.

§. IX.

„Ad diuisionem pergimus. Nota quadruplex veterum diuisio, in libris biblicis vsitata,

„in *capitula*, breuiora:

„in τίτλους seu *breues*, qui capitula aliquot complecti solebant[22])

„in στίχους, seu versiculos, certo litterarum numero absoluendos: quibus maxime vtebantur in mole librorum metienda.

„in ῥήματα, seu versiculos, sententiam vnam seu comma vnum „complexos[23]).

Capi-

„lum, quod pontificii prologum BEDAE, vtpote suis partibus minus fauentem, „luci publicae inuiderint, nec operibus BEDAE addiderint. Vtrique CAVEI „adserto contradicit *Ioseph Simonius* ASSEMANN, vastae vir eruditionis in *bibliotb.* „*Orient.* T. III. pag. 10. cuius rationes adscribere aut expendere iam non vacat.

22) „De diuisione librorum noui foederis in capitula et breues conferatur *Richardus* SIMON in *histoire critique du texte du nouveau Testament chap.* XXXIII. „pag. 427. Cauendum, ne breues cum capitulis confundamus: capitula breuiora, breues (non obstante nomine) longiores sunt, quod vel ex antiquis illis „*capitulationibus* et *breuiariis* liquet, quae *Ioannes* MARTIANAY praemisit *Matthaeo* suo.

23) „Duplex distinctio librorum in versus, antiquis vsitata, non minus ab incautis „hominibus confusa est, et male intellecta; cuius veram rationem idem tradit „*Rich.* SIMON l. c. pag. 433. *Stichos* litterarum multitudine metiebantur, ita „vt certo aliquo elementorum numero stichus finiretur, idque nulla habita sensus „ratione, et vel in media voce. Inseruiebant autem et magnitudini voluminum metien-

„*Capitula* huius epistolae prisca Latina versio, qua ante *Hieronymum* „vtebantur, facit omnino XX. En tibi eius *capitulationem* anti-„quam, ex codice mscr. erutam, quam *Ioanni* MARTIANAY debemus, „ita tamen instruximus, vt lectoribus nostris statim pateat, vbi in-„cipiant capitula et desinant:

I) *de inimicorum insecutionibus risui deputandis:* c. I, 1--11.

II) *de tentationibus aduersarii, quas Dei fore plurimi arbitrantur:* c. I, 12--15.

III) *de homine vero, quod sit operis dominici documentum:* c. I, 16--20.

IV) *De sermone diuino, quod sit operis indicio praedicandus:* c. I, 21--25.

V) *De cultura religionis et ministerio pietatis:* c. I, 26. 27.

VI) *De diuitiis caelestibus, et terrenis, quae animas egestate consumunt:* c. II, 1--7.

VII) *De lege libertatis, quam impleri omnifariam exhortatur, et de seueritate iusti iudicis:* c. II, 8--13.

VIII) *De fide, quae non potest opere remoto firmari et eleemosynis:* c. II, 14--18.

IX) *De nudis sermonibus; quod sit professio inimici: et fides sine opere corpus exanime:* c. II, 19--26.

X) *De*

„metiendae, quam descripturi numerum stichorum commemorabant, et seruan-„dae librorum integritati, ne quid ex illis excideret incuria describentis. At „vero ῥήματα nil aliud sunt, quam breuissima commata, seu versus, ex quibus „aliqua exsistere potest sententia. Quod vocabulum male intellexerat olim *Ioan-„nes* CROIVS in *obseruat. S. in N. T. c. XI.* ex eo, quod ῥήματα librorum noui „foederis numerarentur, insigni inaduertentia adfirmans, *Christianos singula verba „noui foederis numerasse. Sic Matthaeum habere commata* 2560, *verba* 2522: *Mar-„cum commata* 1606, *verba* 2675: quasi vero fieri posset, vt pauciora essent commata „libri, quam verba. Imprudenter erratum eruditissimi caetera viri castigauerat „*Rich.* SIMON *l. c. pag.* 422. et tamen eundem errorem nostris temporibus iterum „errauit CROII vestigia incautius legens, clarissimus RVMPAEVS in *commenta-„tione critica ad libros N. T. pag.* 156.

24) Cui-

X) *De magistris, qui citra totam perfectionem esse non possunt:* c. III, 1--5.

XI) *De lingua. Vix edomabile malum!* c. III, 5--13.

XII) *De sapientia caelesti et terrena:* c. III, 14--18.

XIII) *De amicis Dei, quod mundi nequeant esse amatores:* c. IV, 1--4.

XIV) *De his, qui vera loquuntur, quod culpam nequeunt detractionis incurrere:* c. IV, 4. *med.*--12.

XV) *De incerto vitae, et prolixis disputationibus:* c. IV, 13--17.

XVI) *De suppliciis diuitum seculi iniustorum:* c. V, 1--7. *med.*

XVII) *De aduersorum tolerantiae retributione:* c. V, 7. *med.*--9.

XVIII) *De passionibus martyrum et ipsius* DOMINI, *et quod insecutoribus suis non reddiderint talia:* c. V, 10. 11.

XIX) *De remediis vitae praesentis:* c. V, 12--16.

XX) *De virtutibus sanctorum, et conuersoribus eorum, qui fuerint peccatis adstricti.*

„Longe maior numerus capitulorum, quibus Copti hanc epistolam „distinxerunt, ad XLI adsurgens. Vide *Rich.* SIMONII *hist. vers.* „*Nou. Test.* c. XVI, p. 192. [24]). *Breues* seu τίτλους ex illa diuisione, „quam *Oecumenius* sequutus est, septem omnino continebat epi„stola: quorum ex *Oecumenio* adscribemus breuiarium, latine „versum:

I) „*De patientia et fide non dubia: et de animi modestia, ad diui„tes: in quo etiam tractat de tentatione, quae in nobis est, et „adfectibus eam consequentibus, quod non sit caussa ex Deo: si „quid enim boni nobis est, id ab eo esse dicit.*

24) „Cuinam distinctio epistolarum catholicarum in capitula et breues debeatur; „disce ex LAMBECII *bibliotheca Vindobonensi Tom. III.* §. XXXVII.

II) „*De mansuetudine, atque innocentia et actione bona, quae conducit ad beatitudinem, et de scientia ac mediocritate sermonis.*

III) „*De charitate erga vnumquemque sine respectu personae secundum legem.*

IV) „*Quod non ex sola fide, sed etiam ex operibus, et non ex altero seorsim, sed simul ex vtrisque iustificatur homo.*

V) „*Quod praeceps et incomposita lingua enecat eum, qui ipsam nactus est: quam vincere necesse est ad laudem et gloriam Dei: in quo etiam tractat de bona conuersatione et sine rixa mutua ex gloriae cupiditate orta propter sapientiam humanam: et de diuina sapientia: et quod ex socordia et voluptatum amore oriantur lites ac seditiones et inimicitia aduersus Deum, et de resipiscentia ad salutem, ac de non iudicando proximum.*

VI) „*Quod non per hominem, sed per Deum gressus viri diriguntur: in quo etiam tractatur de auaritia diuitum, et ipsorum deliciis in hoc mundo, ac de iusto Dei iudicio.*

VII) „*De patientia ac tolerantia adflictionum, et de veritate: in quo ponuntur speciales adhortationes cuique conuenientes cum fide: et quod inseruiendum est saluti proximi.*

„Coptorum versio VIII facit breues, vt ex *Richardi* SIMON *histoire crit. des Versions du N. T. c. XVI.* pag. 192. discimus. At codex „Graecus, ante annum 1391 exaratus nitidissime, quem *Conr.* „SCHÖNLEBEN singulari libello (Norimbergae 1738.) descripsit, „quinque tantum capita facit, adeoque numero ad nostra „capitula, quibus hodie vtimur, accedit.



PARA-

PARAPHRASIS ET NOTAE IN EPISTOLAM S. IACOBI.

SECTIO I.

Cap. I, 1—12.

CONTENTA.

Iudaei, qui Christo nomen dederant, acrem videntur passi persecutionem: qua de caussa apostolus, postquam significasset, quis scribat, et quibus, (dispersae quidem Israelitarum genti ex XII tribubus,) fidem illis et patientiam seruandam praecipit. *Addit, honestissimum esse, magnis non succubuisse malis et tentationibus.* Si quibus tenebrae oboriantur et dubitationes, quid grauissimo rei christianae tempore factu sit optimum: a Deo consilium rebus dubiis petere illos docet, certa spe proposita, modo fideles sint ipsi, Deum nunquam ipsorum tentationibus defuturum.

Pauperes, cum christiana religione suscepta tantum consecuti sint honoris beatique status fastigium, laetari iubet: diuites, se submittere et modeste de se sentire, rerum terrestrium et vilitate motos, et fugacitate.

PARAPHRASIS.

Vulg. ant.
1. *Iacobus* Dei et Do-

V. 1. *Iacobus* Dei seruus *a*), et Domini

Vulg. Hieron.
Iacobus Dei et Do-
nostri

V. 1. *a*) Δοῦλος, *seruus.*] Cui *Iacobo* epistola debeatur, historia nostra illi praemissa satis docet: vide pag. 8. seqq. Non defuerunt, [1]) qui hunc Iacobum fuisse negarent apostolum, *cum seruum se modo Dei et Domini Iesu Christi vocet, nulla apostolici muneris facta mentione.* Nec tamen hi perpendisse videntur, quousque

Vulg. ant. mini Iesu Christi

nostri Iesu Christi *b*), magno operi consecratus diuulgandi *aeterni*

Vulg. Hieron. mini nostri Iesu

que huius obiectionis serpat quasi contagium: nec enim vel *Ioannes* apostolum se vocauit, cuius tamen prima epistola ab omnibus agnoscitur. Nec *Iudas* in initio epistolae eodem titulo vtitur, sed ipsis his, quibus frater eius *Iacobus* verbis Ἰούδας Ἰησοῦ χριστοῦ δοῦλος. Ipse *Paulus*, (quod plus etiam ponderis habebit) celeberrimus gentium apostolus, cuius epistolae omne punctum tulerunt, non vbiuis titulo aut genere scribendi apostolico vtitur, vnum sibi *serui Iesu Christi* nomen nonnunquam tribuens. Addit quidem Rom. I, 1. vocibus Παῦλος δοῦλος Ἰησοῦ Χριστοῦ, et has, κλητὸς ἀπόστολος: eiusdemque fere tenoris est initium epistolae ad Titum, Tit. I, 1. omisit vero Phil. I, 1. vbi legitur Παῦλος καὶ Τιμόθεος δοῦλοι Ἰησοῦ Χριστοῦ: et 1 Thess. I, 1. 2. Thess. I, 1. sine vllo muneris indice proprio tantum nomine vtitur. In epistola etiam ad *Philemonem* v. 1. non se *apostolum*, sed *vinctum* vocat *Iesu Christi*. Epistola vero ad Hebraeos a *Paullo*, vt opinor, scripta, nec nomen eius nec titulum praefert. En lubricum fundamentum, in quo vestigium figere non licet, *ex omisso apostoli nomine Iacobo nostro apostolici muneris scribere dicam.*

Munus eius apostolicum cum a Iudaeis Christianis, ad quos litteras has dabat, omnino in dubium non vocaretur, non opus erat hunc sibi titulum in exordio epistolae tribuere. Grauis forte *Petrum* caussa vrgebat, vt proselytis scribens apostolum se esse primo epistolae commate denuntiaret, quorum libertati haud raro Iudaei Zelotae (*Petri nomen praeferentes*) infesti fuerant. *Paullum* vero coactum et necessitate adductum muneris apostolici honorem suo nomini adiungere, est in propatulo: vt nempe hoc munus sibi creditum ab aduersariorum adcusationibus illibatum seruaret. *Iacobi* vero modestiae tribuendum, quod se non nisi *seruum Dei et Domini Iesu Christi* vocare voluerit, quamuis merita et munus honorificentius etiam nomen desiderarent.

1) „Pungitur recens *editor testamenti Graeco-Anglicani* 1731. Vide WOLFII „prolegomena ad hanc epistolam. MICHAELIS.

b) *Iacobus seruus Dei, et domini Iesu Christi.*) En tibi christianae religionis duo potissima capita: fidem in *Deum*, et filium eius *Iesum Christum Dominum nostrum.* Vide Ioh. XIV, 1.

Vtriusque se seruum profitetur *Iacobus*: alterius etiam, *Christi*, non discipulus solum sed et apostolus. Quod si nomen *serui* DEI omisisset, contradicentes euangelio Iudaei aegre id forte laturi erant; et suspicionem iniecturi, *Deum, qui sub prisco et nouo foedere colatur, diuersum esse*, id quod spurii quidam Christiani defendere non erubuerunt; aut, *Christianos non eundem, quem Iudaei adorent, Deum colere.* Sin vero vno *serui Dei* titulo vsus nihil de *Christo* addidisset, probandum quidem Iudaeis a Christo alienis videbatur, in vnum verumque Deum credentibus: quibus, id quod addit, *et Domini nostri Iesu Christi*, minime ad palatum

Vulg. ant. seruus XII tribubus, quae sunt in dispersione, salutem.

ni[2]) euangelii, huic officio vt faciat satis, *has litteras dat*[3]) ad Israelitas ex duodecim tribubus, qui Palaestina relicta inter gentes *c*) sparsi degunt,

Vulg. Hieron. Christi seruus, XII tribubus, quae sunt in dispersione, salutem.

latum esse poterat, cum serui Christi ipsi fieri nollent, omnesque *Iesum* pro *Messia* habentes cum indignatione despicerent ac contemnerent.

Ex his tamen verbis, *et Domini nostri Iesu Christi*, intelligere debemus, *quibus apostolus scripserit*: nec enim nominatim inscripsit epistolam, *sanctis*, aut *credentibus*, aut *vocatis*, aut *electis* ex XII tribubus, sed generatim *duodecim tribubus in dispersione.*

Facile enim existimatu credebat, ad quos ex XII tribubus *Christi* seruus litteras daturus videretur: vnde illos curatius designare superfluum ducebat. Haec vna vox iubebat epistolam ad credentes ex Iudaeis scriptam putari, etiamsi eam tabellariis christianis ad ecclesias christianas perferendam, (quod factum tamen esse probabile videtur,) non dedisset.

(2) „Vocabulum εὐαγγέλιον auctor nunquam non in paraphrasi sua exprimit per „*aeternum euangelium*, nescio qua caussa adductus. Cum tamen nec aeternitatis „significatio in etymologia vocabuli insit, nec vero hoc loco innumerisque aliis, „apostoli id in mente habuisse videantur, *euangelium aeternum esse*: mallem cl. „auctorem hoc epitheto, quamuis in se verissimo, parcius vsum esse. MICHAELIS.

(3) „Est in ipsa epistolae inscriptione, Ἰάκωβος ταῖς δώδεκα φυλαῖς, ellipsis verbi, „a quo datiuus pendet. Supplere videtur noster tale quid, vt γράφει τὴν ἐπιστολὴν „ταύτην: quod et ab aliis fieri meminimus. Non optime, nisi fallimur. Quis „enim vnquam Graecorum epistolam ita exorsus est: Λυσίας Φήλικι γράφει τὴν „ἐπιστολὴν ταύτην? aut quis Latinorum ita: *Cicero hanc epistolam scribit Pompeio.* „Insolens et inauditum exordium. Ita potius scribunt: *Cicero S. D. Pompeio*: et „Graeci: Κλαύδιος Λυσίας κρατίστῳ ἡγεμόνι Φήλικι χαίρειν. Cape exempla, si vo„lueris, ex ipsis tabulis noui foederis Act. XV, 23. XXIII, 26. vbi supplendum, „λέγει, *salutem* DICIT. Sic ergo habe, ac si Iacobus plenius scripsisset: Ἰάκωβος „Θεοῦ καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ δοῦλος ταῖς δώδεκα φυλαῖς χαίρειν λέγει. MICHAELIS.

(c) Ταῖς δώδεκα φυλαῖς ταῖς ἐν τῇ διασπορᾷ]. Quod duodecim tribus adhuc superstites fuerint, ex *historia* disce, p. 20. Cum clarissimis verbis dicatur, *dispersis* Israelitis mitti litteras, iure inde colligo, illas non respicere, saltem potiore et prima ex parte, Palaestinae incolas christianos, quamuis et hi ex epistolae lectione insignem fructum percipere possent.

Iacobum, hanc epistolam cum scriberet, Hierosolymis aut in Iudaea fuisse credo; et forte eam dispersis Iudaeis perferendam curasse tabellariis vsum fratribus, quorum animis cum adhuc religio legis Leuiticae incussa haereret, licet Christi sacra suscepissent, confluebant ad templum Hierosolymitanum, in quo Deum venerarentur.

Syriaca quoque versio his dictis adstipulatur, post vocabulum διασπορᾶς addens

gunt, quibus ante omnia ſalutem *d*) mittit, et proſpera quaelibet ac fauſta precatur.

V. 2.

dens ἐν ἔθνεσιν, *inter gentiles*, aut ἐν τῇ διασπορᾷ τῶν Ἑλλήνων, quod idem foret (ܕܡܒܕܪܝܢ ܒܥܡ̈ܡܐ *quae ſparſae ſunt inter populos*). Vide TREMEL. BEZAM. MILL.

d) χαίρειν, *ſalutem*] Auctoritate epiſtolae *Iacobi* olim ſub examen et dubitationem vocata, haud paucae voces et phraſes augendae ſuſpicioni adhibebantur, quibus, niſi hac lite mota, reprehenſio vix vlla metuenda videbatur.

Iam ſignificaui, quid inde exſculpere conati ſint adcuſationis, quod apoſtolus modeſte agens non ſe niſi *ſeruum Dei et Chriſti* vocauerit. Addo hic, LVTHERVM, et poſt hunc CAIETANVM, ex ipſa ſalutatione, quae nimis leuis illis et ieiuna, nec digna apoſtoli perſona videbatur, argumentum petere, quo auctoritatem epiſtolae euertant. *Nullam enim, nec Dei nec Chriſti fieri*, aiunt, *mentionem; ſileri de* PACE *et* GRATIA: *nec ſecus, ac ſi profanus ſcribat, nudam* SALVTEM (χαίρειν) *mitti*.

Mirum dictu, quibus argumentis vtantur mortales, vt ea, quae volunt, efficiant. Epiſtolae ad Hebraeos, et a *Ioanne* ſcriptis, nulla omnino praemittitur ſalutatio: nec *Paullus* eadem ſemper in ſalutando phraſi vſus eſt.

Ioannes vero, tantum aberat, vt pro mere ciuili et profana ſalutatione χαίρειν noſtrum haberet, vt in epiſtola ſecunda, v. 10. 11. videatur propriam hanc ſalutationem et aptiſſimam ſtatuiſſe, quae veris Chriſtianis adhiberetur, et qua protervos doctrinae chriſtianae corruptores compellari nefas ſit, niſi tanti illos facinoris poenituerit vere (4).

Quod plus eſt, *Gabriel* angelus, ſalutaturus *Mariam*, idem hoc χαῖρε ei dicebat Luc. I, 28. Venerabilis etiam horrendae antiquitatis ſynodus, prima omnium, quae vnquam celebratae ſunt, non alia ſalutatione litteras ſuas orditur, quam cui LVTHERVS et CAIETANVS ieiunae ethnicaeque vocis notam inurunt. In hanc enim vocem conſenſerunt apoſtoli, ſeniores, fratresque Hieroſolymitani, illis, qui ex gentibus erant, libertatis chriſtianae praecepta tradituri: Act. XV, 28.

Quo in concilio cum primas partes egerit *Iacobus* minor, forte etiam ipſa epiſtolae illuſtris verba dictauerit, ab omnibus apoſtolis, ſenioribus et fratribus probandae: vel hoc ipſo argumento efficitur, eundem et huius epiſtolae auctorem eſſe, cuius ſalutatio illi apoſtolicae aptiſſime reſpondet.

Graecis voce et voto χαίρειν omnigenam felicitatem complectentibus, bene *Iacobus* ingenium linguae Graecae ſecutus eſt: ex *Dei* tamen et *Domini Ieſu Chriſti* iam facta mentione facile percipitur, quem fontem et riuum omnis miſericordiae ac felicitatis agnoſcat, et quanto precetur ampliora, quam ethnici in epiſtolarum initiis precari conſueuerant. De quo ſi chriſtiano homini dubium foret, comma tamen 5. et 17. nihil ambiguitatis relinquere videtur.

Syro,

Vulg. ant.

2. Omne gaudium existimate, fratres mei, quando in varias tentationes incurritis:

v. 2. Quamuis du[illegible] vobis videri possit, vos, populum Dei, credentem et obedientem, in adflicto *e*) rerum vestrarum statu esse, inprimis postquam Messias venerit: me tamen auctore easdem adflictiones alio omnino loco habete, materiamque insignis existimate gaudii *f*), si multae et variae *g*) tentationes ab omni vos

Vulg. Hieron.

Omne gaudium existimate, fratres mei, cum in tentationes varias incideritis:

Syro interprete, *pacem* optat, quae Iudaeis etiam omnigenam felicitatem significabat. Vide Ioh. XX, 19. 20. 26.

4) „Ingens omnino argumentum. Verba Ioannis digna sunt, quae legantur. Ad„do dictis a BENSONIO: primum, epistolam apostolicam ne quidem omnino ad„spernari votum felicitatis huius vitae. Saltem Ioannes tertiam epistolam auspica„tur, adprecatione mere externae salutis, quam opponit saluti animi: περὶ πάντων „εὔχομαί σε εὐοδοῦσθαι καὶ ὑγιαίνειν, καθὼς εὐοδοῦταί σου ἡ ψυχή. Deinde votum „τοῦ χαίρειν, *gaudii*, proxime hic referendum videri ad gaudium in Domino me„dias inter adflictiones. Illis enim χαίρειν optat apostolus, quibus statim prae„cepturus erat, vt adflictiones *omnis gaudii* loco haberent, v. 2. Quod obser„uatum, comma nostrum elegantissime illustrans, debeo patris mei scriniis, qui „de illo in *Curis in Nov. Test.* vberius differet. MICHAELIS.

V. 2. *e*) Sub lege maxima Deus populo suo obedienti promissa dederat felicitatis huius vitae, Leuit. XXVI, 3 — 13. Deuteron. XXVIII, 1 — 14. grauiumque malorum minas rebellibus intentauerat, Leuit. XXVI, 14. seqq. Deuter. XXVIII, 15. seqq. Sed sub regno Messiae meliora etiam Iudaei exspectant, et pristinam vincentia felicitatem. In quo opus erat, Iudaeos qui Christo nomen dederant, corrigere et castigare, spe felicitatis mundanae valde imbutos, et quibus id grauissimum videbatur, postquam Messias venisset, ipsa ob benefacta malis adfligi 5).

5) „Bene quidem auctor. Christianos ex idololatris factos promtos fere vbiuis ad „mala sustinenda reperias tempore fundatae ecclesiae Christi: at Iudaeos suc„cumbentes. Vel sola ad Hebraeos scripta epistola testis. MICHAELIS.

f) Vide comma 12 huius capitis, Sirac. II, 1 — 5. Matth. V, 10. 11. 12. Luc. VI, 22. 23. Act. V, 41. Philip. I, 29. 1 Thess. I, 6. Hebr. X, 34. 1 Petr. I, 6. 7. IV, 13 — 16. 2 Petr. II, 9.

g) Syrus vertit, ac si esset, πολλοῖς καὶ ποικίλοις πειρασμοῖς. Vide MILLIVM. Tentationes sunt hic adflictiones et persecutiones 6), vt Deut. II, 18. 19. Luc. VIII, 13. XXII, 28. Act. XX, 19. 1 Cor. X, 13. Hebr. IV, 15. 2 Petr. II, 9. Christianis gente Iudaeis maxima eo tempore incubuit malorum moles, odiis atque ira Iudaeorum non credentium.

6) „Πειρασμοῖς.] Optime intelligit BENSONIVS de adflictionibus, quibus fidem (*Comment. in Epistol. Iac.*) G et

Vulg. aut.
3. scientes, quod probatio vestra operatur sufferentiam,

vos parte[illegible]nsistant 7):
v. 3. vtpote scientes experimentum *b*) immotae vestrae in Christum fidei, quod inter aduersa et tentationes capitur, ad mentem firmam Deoque patienter subiectum vos formaturum i) 8). Nec enim hanc animi in- do-

Vulg. Hieron.
scientes, quod probatio fidei vestrae patientiam operatur.

„et fidelitatem suorum explorat Deus. Nec enim tentationes diaboli, de quibus „postea dicet apostolus, intelligi possunt, cum de his, nisi impius, nemo gaudeat. „MICHAELIS.

7) „Περιπέσητε] Emphatica vox, quae indicat, ita te in adflictiones incidere, vt „illas exire nullo modo possis. Bene ergo Syrus: ܡܐ ܕܥܠܠܬܘܢ ܠܢܣܝܘܢܐ „*cum ingressi fueritis in tentationes.* Adhibuit prudens eam vocem, qua nonnulla „tentationum genera deprecanda praecipit optimus seruator, Matth. VI, 13. μὴ „εἰσενέγκης ἡμᾶς εἰς πειρασμόν: Vbi itidem Syrus ܘܠܐ ܬܥܠܢ ܠܢܣܝܘܢܐ: „*ne ingredi nos facias in tentationem* etc. XXVI, 41. ἵνα μὴ εἰσέλθητε εἰς πειρασμόν. „Hanc ergo inesse credidit voci emphasin, vt significet *incidere et intrare ita in tenta-„tionem, vt te vndique cingat, nec euadere vlla possis via.* Non sperno emphasin, no-„sterque BENSONIVS eadem ratione accepisse videtur: adscribo potius comma, in „quo idem significatus obtinet, *Lucae* X, 30. λῃσταῖς περιέπεσεν: *in latrones incidit,* „*ab illis cinctus, omni obsepta elabendi via.* Cum tamen a re nautica et marina „phrases petere *Iacobus* consueuerit, (in quo, si piscator, vt alii apostolorum, fuit, „oratio eius priscum quasi colorem seruare videbitur: exempla saltem confer c. I, 6. „III, 4.) etiam haec vox nautica videri queat. Est vero nautis περιπίπτειν, cum „nauis in aspera loca aut syrtes excidit. Sic Lucas Act. XXVII, 41. περιπεσόντες „εἰς τόπον διθάλασσον. MICHAELIS.

V. 3. *b*) Γινώσκοντες ὅτι τὸ δοκίμιον ὑμῶν τῆς πίστεως κατεργάζεται ὑπομονήν] Ὑμῶν τῆς πίστεως noli per traiectionem positum pro τῆς πίστεως ὑμῶν existimare, neque hoc loco, nec, vt alii volunt, 1 Petr. I, 7. *Fides* designare videtur, quidquid ad indolem christianam requiritur. Δοκίμιον vero erit, non *exploratio*, sed, vt aliis etiam auctoribus, *argumentum*, seu *experimentum.* Cum tamen sit *argumentum,* quod *explorando elicitur*, sensus erit: *argumentum seu experimentum, quo immotam vestram cum Christo coniunctionem, mala tolerando, probatis, operatur patientiam.* Homines de sua saepe integritate et firmitate dubitant, nisi explorauerint illam. Nec tamen sententia verborum mutaretur, si de argumento, quo alios de nostra fide conuincimus, intellexerimus.

i) Sapient. III, 6. Rom. V, 3. 4.

8) „Κατεργάζεται ὑπομονήν] Vertunt fere, *operatur patientiam.* Sic LVTHERVS „daß Trübsal Geduld wircket: *Anglus: that the trying of your Faith worketh* „*patience:* eodemque modo BENSONIVS interpretatus est. Dubium his „aliis-

Cap. 1. 4.

dolem in otio et vmbra adsequemur, sed cum aduersis asperisque rebus colluctantes.

Vulg. ant.
4. Sufferentia autem opus consummatum habeat: vt sitis consummati et integri, in nullo deficientes.

V. 4. Ne ergo graue vobis videatur, ad tempus mala sustinere, patientia vero vt opus suum perfectum habeat [9]) curate *k*), vt ipsi tandem perfecti euadatis Christiani, et prorsus consummati, quibus

Vulg Hieron.
Patientia autem opus perfectum habet: vt sitis perfecti et integri, in nullo deficientes.

„aliisque interpretibus mouere debuisset, quod patientia vbi desit, non possit argumentum fidei firmae in Christum inter mala et aduersa ab homine dari: ὑπομονὴ „prior esse videtur, quam τὸ δοκίμιον τῆς πίστεως. Sic ergo verte: *exploratio fidei perficit patientiam*, i. e. patientiam nostram auget, tantisque incrementis ad perfectionem deducit, vt tandem *habeat opus perfectum*, vt est in commate sequente. „Illud enim, ἔργον τέλειον ἐχέτω, nostro κατεργάζεται ὑπομονὴν, respondet. Nec „enim apostolus omnino deesse censebat Hebraeis patientiam: eam tamen adflictionum exercitio et palaestra quasi magis magisque perfici optat. Sic et accipio eandem hanc phrasin Rom. V, 3. ἡ θλίψις ὑπομονὴν κατεργάζεται: vbi et Syrus bene vertit: *adflictio patientiam perficit in nobis.* Caeterum immerito haec „sententia *Iacobi* nonnullis visa est pugnare cum illa Paullina Rom. V, 4. *patientiam perficere probationem* Ea mens Paulli: *vbi patiens sis, fidem tuam probari* „*Deo, tibi, aliis*: haec Iacobi: *vbi exploreris per aduersa, patientiam augeri exercendo*: quae amice conspirant. De quo consensu vtriusque apostoli vide WOLZOGENVM ad h. l.

„Hunc sensum si probaueris, optime fluet sequentis commatis oratio: ita „quidem: *aduersa omnis gaudii materiam existimate. Scitote enim, explorationem* „*fidei patientiam vestram exercendo perficere: hanc vero perfici,* (seu opus perfectum „habere) *maxime est optabile: aequissimus enim Deus ita vobis omnia alia tribuet* „*vosque in aliis omnibus perfectos reddet.* MICHAELIS.

V. 4. 9) „Ἔργον τέλειον ἐχέτω] Quomodo imperatiuum hunc capiam, modo scripsi, „nempe pro: *optabile maxime est, vt habeat opus perfectum.* Germ. Es müsse aber „ja eure Gedult vollkommen werden. Vnde mihi hic a BENSONIO leuiter dissentiendum, qui praecepta morum hoc commate contineri existimat: *curate,* „*vt patientia opus perfectum habeat.*

„Ipsi etiam phrasi ἔργον τέλειον ἔχειν, illustratio adhibenda. Nempe, *opus* „*perfectum habere*, est, *opus suum perfecisse. Patientiae* autem *opus* erit, mala grauissima forti animo tolerare, quod vbi semper et ad finem vsque facit, opus „suum perfectum habet. MICHAELIS.

k) Matth. X, 22. Rom. XII, 12. Hebr. III, 6. VI, 11. 12. X, 36. XII, 6—11. Iac. V, 7. 8. 1 Petr. I, 6—9. 13. 2 Petr. I, 5—8. 2 Ioh. v. 8. Apoc. II, 10.

 l) Matth.

Vulg. ant.

5. Et si cui vestrum deest sapientia, petat a Deo, quia dat omnibus simpliciter, et non improperat, et dabitur illi.

bus nihil desit *l*) [10]

v. 5. Si cui tamen vestrum non adsit sapientia, dubiusque haereat, quid rebus aduersis atque hoc totius ecclesiae tempore *m*) factu sit optimum: precibus ardentissimis ad Deum accedat, promtum ad tribuenda omnibus *s*) liberaliter dona, [11]) nec illos, quos sui poenitet, pristi-

Vulg. Hieron.

Si quis autem vestrum indiget sapientia, postulet a Deo, qui dat omnibus affluenter, et non improperat, et dabitur ei.

l) Matth. XIX, 20. 21. Luc. XVIII, 22. Ephes. III, 19. Colos. IV, 12. 2 Tim. III, 17.

10) „Τέλειοι, ἐν μηδενὶ λειπόμενοι] Quae de perfectione partium, non graduum, „ab hominibus exigenda, theologorum differunt filii, satis nota sunt. Vnde et „*Iacobi* oratio lucem accipit. Is ei audit *perfectus, et nulla re destitutus*, cui vir- „tus nulla, nullum spiritus S. donum, ad indolem christianam referendum, de- „est. *Perfectus*, *nulla re destitutus*, illi opponitur, cui, vtut caeteris virtutibus „non destituto, patientiae virtus deficit, aut donum sapientiae. Ad illustran- „dam phrasin conferri velim, quae scribit *Paullus*, 1 Cor. I, 7. ὥστε μὴ ὑστερεῖσθαι „ὑμᾶς ἐν μηδενὶ χαρίσματι. Non profecto sermo de graduum perfectione, quam „nemo sanus Corinthiorum tribuat ecclesiae: id dicit *Paullus*, nullum spiritus „donum, quo Christianos ornare Deus consueuerat, ipsorum coetui penitus de- „esse. MICHAELIS.

V. 5. *m*) 1 Reg. III. 9—12. 2 Paralip. I, 10—12. Prouerb. II, 2—7. Dan. II, 20. 21. 23. Ierem. XXIX, 12. 13. Sapient. VI, 12—19. VII, 7. 15. 16. 25. 28. 30. VIII, 21. Sirac. X, 1. 10. Colos. I, 9. Iac. I, 17. III, 17.

11) Διδόντος ἁπλῶς] „Verte: *qui dat benigne*: ex vsu vocis hellenistico. Habes „exempla Rom. XII, 8 vbi distributori iniungitur dare ἐν ἁπλότητι: et 2 Cor. „VIII, 2. IX, 11. 13. ἁπλότης est ipsissima *liberalitas*. Hoc loco proxime opponi- „tur τῷ ὀνειδίζειν: quod explicaturi ambigunt interpretes. Noster intelligit *expro-* „*brationem priscorum criminum petenti factam*. Non male: sic enim est Sapient. „II, 12. ὀνειδίζει ἡμῖν ἁμαρτήματα, *exprobrat nobis peccata*. Sirac. VIII, 6. μὴ „ὀνείδιζε ἄνθρωπον ἀποστρέφοντα ἀπὸ ἁμαρτίας: *ne obiurga hominem se conuertentem* „*a peccato*. Ego tamen malim explicare de *superba beneficiorum imputatione*; et „quo magis fluat oppositio, et quia nulla hic mentio peccatorum, quae petenti- „bus ruborem incutere possint. Sic LVTHERVS bene: und rückt es niemand „auf: ex quo, nisi fallor, Anglus hausit suum, *upbraideth not*, quamuis in vtram- „que sententiam flexisse. Nec desunt mihi clarissima huius significationis exem- „pla. *Siracides* c. XVIII, 18. de verbo ipsis donis meliore locutus, addit: μω- „ρὸς ἀχαρίστως ὀνειδιεῖ, *stultus illiberaliter exprobrat donum*. Clarius et vberius „idem c. XX, 15. Ὀλίγα δώσει καὶ πολλὰ ὀνειδίσει, καὶ ἀνοίξει τὸ στόμα αὐτοῦ ὡς κήρυξ, „*pauca dabit, et multa imputabit, aperietque os suum, vt praeco*. Ex quo loco id „vnu-

pristinorum cum commemoratione peccatorum adspernantem. Hanc si quis ineat discendae sapientiae viam, sapientiam omnino consequetur n): cum nec sapientia Dei, nec bonitas atque potentia sub dubitationis cadat aleam o).

Vulg. ant
6. Petat autem in fide, nihil dubitans. Qui autem dubitat, similis est fluctui maris, qui a vento fertur et defertur.

v. 6. Precetur ergo in fide, certus Christo firmiter adhaerendi [m]), quamuis magna vrgente vi persecutionum; nec aliquam captans fenestram, et quasi pseudothyrum, quo ex vrgentibus malis spreta pietate elabatur: nec dubitans p) de diuino

Vulg. Hieron.
Postulet autem in fide, nihil haesitans: qui enim haesitat, similis est fluctui maris, qui a vento mouetur et circumfertur.

erga

„vnum adscribo: si *Siracidis* vestigiis tuto insisti possit, etymologiam vocabuli „ἁπλότητος, qua *liberalitatem* signat, lucem inde accipere. Ille enim auaro tribuit *multos oculos*, quibus donum suum quasi multiplicatum videat iustoque „maius, v. 14. Δόσις ἄφρονος οὐ λυσιτελήσει σοι λαβόντι· οἱ γὰρ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ πολλοί, *donum stulti non vtile erit tibi accipienti: loco enim vnius oculi habet plures.* „Ergo *Siracidae* ἁπλότης est, cum vno tantum oculo beneficia tua metiris, non ea „multiplicas augesque aestimando et imputando. Idem porro *Siracides* c. XLI, „29. secundum quasdam editiones habet: καὶ μετὰ τοῦ δοῦναι μὴ ὀνείδιζε. Quin vi„deo, KAPHELIUM in *adnotationibus Polybianis ad h. l.* eundem significatum τῷ „ὀνειδίζειν ex POLYBIO vindicare, quem conferas. Caeterum, quae habet BEN„SONIUS ad v. 8. de ἁπλότητι Dei τοῖς διψύχοις opposita, parum forte probabun„tur, recte percepta vtriusque vocis sententia. MICHAELIS.

n) Matth. VII, 7—11. Luc. XI, 9—13. Rom. X, 12. 1 Ioh. III, 22. V, 14. 15.

o) Cum Deus audiendis precibus semper vacet, nec poenitentibus gratiam donaque sua male olim apud illos collocata exprobret, preces nostrae, quamuis crebrae et instantes, erubescere nunquam debebunt, modo modestiam et sapientissimae numinis voluntati subiectam mentem sibi adiunctam habeant.

m) „Ἐν πίστει] Cum fides ab apostolo e diametro opponatur dubitationi de audien„dis precibus, malim intelligere de *certa persuasione, fore, vt, quae petimus, ea* „*consequamur*: non de fide, qua Christo salutis nostrae auctori iungimur. Confer „Matth. XVII, 21. ἐὰν ἔχητε πίστιν ὡς κόκκον σινάπεως, ἐρεῖτε τῷ ὄρει τούτῳ μετά„βηθι ἐντεῦθεν ἐκεῖ, καὶ μεταβήσεται: porro Matth. XXI, 21. ἐὰν ἔχητε πίστιν, καὶ „μὴ διακριθῆτε. De eadem fide *Paullo* sermo 1 Cor. XII, 9. XIII, 2. MICHAELIS.

V. 6. p) Exquirendum: *an sapientia seu prudentia eorum, quae in mediis adflictionibus optima factu erant, prima aetate et quasi infantia rei christianae, fuerit ex do-*

 nis

erga illos fauore, qui firma mente Deo adglutinati sunt. Dubius enim, turbulento et inquieto est animo, nec habet, in quo consistat, hoc, illud, eligens, simillimusque vndae maris, vltro citroque agitatae 13b), et a quolibet vento iactatae q).

v. 7. Qui

nis spiritus sancti extraordinariis 13a)? Quod si ita sit, omnino reprehensione digni erant, qui post tot Dei inter ipsos patrata miracula, siue potentiam Dei, siue promtam ad has preces audiendas voluntatem in dubium vocabant. Quamuis hoc loco non tam obiurget illos apostolus et reprehendat, quam doceat atque ostendat, quid faciendum sit.

Nostrum comma cum illis conferenti quae de firma christianorum persuasione, qua Deum vel miracula ad suas preces patraturum credebant, agunt, inprimis cum his, quae Iac. V, 15. leguntur, ratio nostrae coniecturae sat bona adparebit. Vide Matth. XXI, 21. Marc. XI, 24. Luc. XI, 10 — 13. Ioh. XIV, 11 — 14. XVI, 23. Act. III, 16. cum quibus locis compara Dan. II, 19 — 23.

13a) „Felix, vt mihi videtur coniectura BENSONII. Cui si quid addere liceat, hanc „dixerim designari inprimis *sapientiam*, *quatenus erat christianis in iudicium vocatis, ad defendendam caussam et suam et religionis.* De hac locutus Iesus Matth. „X, 19. 20. Marc XIII, 11. Luc. XII, 11. 12. et XXI, 14. 15. hac ipsa adhibita voce: „Θέσθε οὖν εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν, μὴ προμελετᾷν ἀπολογηθῆναι. Ἐγὼ γὰρ δώσω ὑμῖν „στόμα καὶ ΣΟΦΙΑΝ, ᾗ οὐ δυνήσονται ἀντειπεῖν οὐδὲ ἀντιστῆναι πάντες οἱ ἀντικείμενοι „ὑμῶν. Qualis et sapientia in Stephano laudatur, *pleno spiritu sancto et sapientia*, „ceu mirabili dono, Act. VI, 3. πλήρεις πνεύματος ἁγίου καὶ ΣΟΦΙΑΣ: *cuius et sapientiae non resistere poterant exercitatissimi disputatores*, ibid. v. 10. καὶ οὐκ ἴσχυ„ον ἀντιστῆναι τῇ ΣΟΦΙΑΙ καὶ τῷ πνεύματι, ᾧ ἐλάλει. Hac sapientia intelle„cta, mirifice Iacobi fluit oratio. MICHAELIS.

13b) „Ἀνεμιζομένῳ καὶ ῥιπιζομένῳ, *vltro citroque agitatae*] Verus hic sensus Graeco„rum, quem BENSONIVS dedit: Fluctus dicuntur ἀνεμίζεσθαι, vbi aeriore ven„to eriguntur, ῥιπίζεσθαι, vbi proiecti a vento lapsu grauiore subsidunt: *vento „inflantur, iterumque proiiciuntur.* Pulcra similitudo, atque eadem fere, qua vsus „poëta *Georg.* III, 105.

Exsultantiaque haurit
Corda pauor

„quamque repetit totidem verbis *Aeneid.* V, 137. *Exsultant corda spe, vt nauis „vento et fluctibus in altum sublata: subsidunt metu, nauigii instar, quod a fluctibus „dehiscentibus hauriri videtur.* Id ergo vult apostolus: dubitatoris animum con„sistere non posse; iam aliqua spei aura erigi; tum vero maiori formidine et de„speratione iterum deiici. MICHAELIS.

q) Sirac. XVIII, 23. XXXIII, 1. 2.

14) Mi-

Cap. I.

Vulg. ant.
7. Nec speret se homo ille, quoniam accipiet aliquid a domino.
8. Homo duplici corde, inconstans in omnibus viis suis.

v. 7. Qui vero 14) nunquam quieta mente consistit r), parum tribuens bonitati et potentiae Dei, ne mihi suspicetur, preces suas auditum iri, Deumque ancipiti suo et periculoso tempori consilio subuenturum s).
v. 8. Homo, cuius animus Deum inter et mundum 15) diuisus est, iam chri-

Vulg. Hieron.
Non ergo aestimet homo ille, quod accipiat aliquid a Domino. Vir duplex animo, inconstans est in omnibus viis suis.

V. 7. 14) Μὴ γὰρ] „Non male paraphrastes γὰρ neglexit, quae particula ironica „potius, quam aetiologica videtur: *Minime enim!* MICHAELIS.

r) Luc. IX, 62. Apoc. III, 15. 16.

V. 8. s) Commate quinto dicitur, *Deum tribuere* ἁπλῶς, quae vox bene quidem redditur, *liberaliter*. Vide Rom. XII, 8. 2 Cor. VIII, 2. Ad litteram tamen expressum vocabulum significat *simpliciter*; eique homo ancipitis duplicisque animi fere opponitur, cui simplicitas illa et firmata desit bonitas, qua Deus delectatur. Vide 2. Reg. XVIII, 21. Eccles. II, 11. 12. Sirac. I, 28. 29. Iac. IV, 8. Id tamen notatu dignum, pro ἁπλῶς quaedam exempla manuscripta legere ἀθρόως, *confertim.* Vide WETSTENII editionem. 11).

15) Ἀνὴρ δίψυχος] „Vellem, BENSONIUS hic adhaesisset receptae et satis bo„nae explicationi, quae δίψυχον interpretatur *dubitatorem, cui est duplex sententia,* „*spemque metumque inter instabili errans vestigio.* Adstruit hanc sententiam ex „patrum scriptis WHITBYUS, cuius cogitata libentius adscribo, quia minus „familiaris Germanis esse solet. *Quis sit* (sic ille) ἀνὴρ δίψυχος καὶ διακρινόμενος, *vir duplicis animi et dubius*, HERMES *nos docebit*, (lib. I. Vis. III. §. 4.) *qui adserit*, visiones et reuelationes esse, διὰ τοὺς διψύχους, ob duplicis animi homines, i. e. τοὺς διαλογιζομένους ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν, εἰ ἄρα ἐστὶ ταῦτα, ἢ οὐκ ἔστιν, ob illos, qui disputant in corde suo, haecne futura sint, necne? *Idemque Visione IV.* §. 2. Credite Deo, qui estis dubii: nam potest omnia. Vae dubitatoribus, haec audientibus et spernentibus. — — Hi, qui de Deo dubitant, duplici sunt animo, quorum preces non audientur. *Idem ex* BARNABA *discimus* (Sect. 19.) *qui de ambulante in via lucis* οὐ διψυχήσῃ *inquit non ambiget*, resne futura sit, necne? *Sic constitutiones apostolicae* l. VII. c. II. μὴ γίνου δίψυχος ne sis dubius in oratione, audiendane sit necne? *Etiam* S. CLEMENTI *in epist. ad Corinth.* §. 11. *sunt* δίψυχοι, οἱ διστάζοντες περὶ τῆς „τοῦ Θεοῦ δυνάμεως. Hucusque WHITBYUS. Alia eiusdem significationis lu„mina pete ex WOLFII *curis ad h. l.* et SCHOETGENII *horis Hebraicis ad h. l.* „qui inter alias adfert locum nostro illustrando aptissimum ex *Tanchuma* fol. 84. „*precaturis ad Deum ne sint duo corda.* Hebraizans omnino est phrasis: obuia „etiam 1 Paralip. XII, 33. לַעֲדֹר בְּלֹא לֵב וָלֵב *ad ordines seruandos, non* „*corde et corde*, i. e. *non timido et dubio corde.* Obseruamus eandem „apud

christiano dignas cogitationes et consilia suscipiens, iam metu persecutionis valedicturus sacris Christi: is vero inconstans est et dubius in omnibus consiliis suis.[16])

Vulg. ant.
9. Glorietur autem frater humilis in altitudine sua;

V. 9. Praecepi vobis, (v. 2.) ingentis laetitiae argumentum ex malis, quae vos exercent, capere *t*): quapropter frater in Christo, cui humilis vitae statio et egena obtigit *u*), gaudeat et

Vulg. Hieron.
Glorietur autem frater humilis in exaltatione sua;

„dem apud Syros. Sic *Syrus* in hoc ipso capite, commate sexto, διακρινόμενος „verterat: ܡܬܦܠܓ *diuisus:* sicut δίψυχος in hoc commate ܡܬܦܠܓ „ܒܪܥܝܢܗ *diuisus in cogitatione sua.* Inde dimanauit ad Iudaeos Graece lo-„quentes. Insignis eius vsus est Sirac. I, 26—28. quem locum integrum adscri-„bam, quia non a vero abludit, apostolum, qui morum praeceptores Iudaicos „legerat, et plura inde petit, in hac integra sententia illum, eiusdem quidem „argumenti, in oculis habuisse. Ἐπιθυμήσας σοφίαν διατήρησον ἐντολὰς, καὶ Κύριος „χορηγήσει σοι αὐτήν. —— Μὴ ἀπειθήσῃς φόβῳ Κυρίου, καὶ μὴ προσέλθῃς αὐτῷ ἐν „καρδίᾳ δισσῇ.

„Quae cum ita sint, malim omnino δίψυχον de dubitatore explicare, quod „et videtur requiri ob comma sextum, vbi διψύχῳ opponitur μηδὲν διακρινόμενος. „MICHAELIS.

16) Ἀκατάστατος ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ]. „Accipit haec BENSONIVS cum „interpretibus tantum non omnibus, vt praedicatum. Solus intercedit Syrus, „qui totum comma habet pro meris epithetis hominis v. 6. commemorati, ver-„tens: *is, qui diuisus est cogitatione sua*, et *turbatus in omnibus viis suis.* Cui ex-„plicationi lubens accedo. Si enim comma octauum absolutam per se faciat pro-„positionem: nec intelligo, quem in finem scriptum sit ab apostolo, quid inten-„dat; nec credo, illud a vitio identicae propositionis absolui posse, cuins subie-„ctum et praedicatum idem sit, non nisi verbis diuersis. Ergo mihi videntur „haec per modum adpositionis praecedenti commati iungenda, vt apostolus, „sancto correptus zelo, ἐκεῖνον τὸν ἄνθρωπον teterrimis coloribus pingat. MI-„CHAELIS.

V. 9. *t*) Καυχάσθω δὲ — — ὁ ταπεινὸς] ΔΕ prius est positum pro μὲν *quidem:* qui mos est Graecorum.

u) Ὁ ἀδελφὸς ὁ ταπεινὸς] Per *fratrem* intelligi christianum, certum est: cuius *paupertatem* nonnulli explicant de *paupertate spiritus*, seu modesta mentis demissione. Cum tamen ταπεινὸς commode possit explicari de humili vitae sorte, opponaturque πλουσίῳ, diuiti, *vere pauperem* hic designari crediderim.

„Et

Vulg. ant.
10. Locuples autem in humilitate sua, quoniam ficut flos foeni transiet.

et incredibiles habeat Deo gratias: fide enim in Christum, summum honoris fastigium *x*) [17]), nec perituras diuitias est adsequutus, ad optionem a Deo factam, et honorificam vitae aeternae hereditatem.
V. 10. Frater vero *y*) [18]) in Christo, qui

Vulg. Hieron.
Diues autem in humilitate sua, quoniam sicut flos foeni transibit.

x) ἐν τῷ ὕψει αὐτοῦ, *ob fastigium suum*] Intelligitur dignitas, quae in illo adhuc dum paupere inest, non gloria aliqua huius vitae, quam olim adsequi possit; sed potius honoris fastigium in ipsa paupertatis vilitate existens. Matth. VIII, 20. Luc. VI, 20. Christi doctrina diuites pauperesque aequales facit in rebus ad Deum spectantibus, gradibus tamen dignitatis, qui inter homines eminet, iisdem manentibus. Infimae paupertatis christianus heres est Altissimi, ad diadema et regnum olim occupandum destinatus. Rom. VIII, 17. 1 Cor. I, 26. 28. Phil. III, 14. Iac. I, 12. II, 5. 1 Petr. II, 9. Apoc. I, 6.

Iudaei maxime auaritiae seruiebant, prospera ex fortuna auguria diuini fauoris captare soliti: Messiam vero clarum potentia principem credebant fore, qui suae genti ornamento esset, rerumque dominam redderet, loco Romae, Hierosolymam. Quibus sententiis christiani etiam gente Iudaei imbuti cum essent, opus erat, illos a vana hac spe summa diligentia reuocare, illosque docere, non ad diuitias omnia referre, sed in ipsa paupertate exsultare. Bona animi, quibus christiani gaudent, virtusque et pietas, maximae illis videri debebant diuitiae, et honoris apex; idque eo magis, quod hoc demum argumento intelligeretur, esse illos filios Dei, et heredes aeternae gloriae.

Quod si paupertas illorum inde nata esset, quod iustitiam colerent, maioris erat et honoris et vero praemii. Matth. V, 10—12. Act. V, 41. Rom. VIII, 17 18. Phil. I, 29. 2 Thess. I, 5—7. Hebr. X, 34.

17) Ἐν τῷ ὕψει]. „Quae sit haec altitudo ex mente apostoli, disce ex v. 12. cum „nostro connectendo, *corona* nempe *vitae aeternae*. MICHAELIS.

V. 10. *y*) Ὁ δὲ πλούσιος ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ] Diuitem non intellexerim quemuis, siue christianum, siue a Christo alienum; sed ex versu praecedente potius addiderim, ἀδελφός. Ex eodem versu etiam post ὁ πλούσιος (sc. ἀδελφὸς) addatur καυχάσθω 18).

Ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ] In paupertatae sua, i. e. vrgente illum paupertate, non illa, quae pigritiae aut luxui perpetua comes haeret, sed hac, quae ex studio religionis et iustitiae oritur. Ταπεινὸς, versu 9. erat *pauper*: vnde pronum, ταπείνωσιν explicare de *paupertate diuiti irruente*. Quem sensum confirmat etiam versus duodecimi cum vndecimo connexio: „exsultet diues, omnia „amittens religioni suae seruiens; nam, beatus est, qui tentationes sustinet.„

18) „Bene ita auctor, cauens sibi ab errore, quem errauit *Io.* MARTIANAY, (*Comment. in Epistol. Iac.*) „*impium*

qui diues est, gaudeat[19]), religionis caussa ad incitas redactus. Nullam enim in hoc fecit iacturam: diues z) quippe, amore diuitiarum Christi castra deserens, euanescet vt flos agri, a) qui quam caducus sit, nostis.

v. 11. Quamquam enim surgente sole explicatis foliis e vagina quasi emergit, paucasque per ho-

Vulg. ant.
11. Orietur enim sol, cum aestu suo, et siccat foenum,

Vulg. Hieron.
Exortus enim est sol cum ardore, et arefecit foeras

„*impium diuitem* intelligens. Vide WOLFII curas ad h. l. et exspecta, quae parens noster ad idem hoc comma differet. Addiderim ego, vix me intelligere, „quomodo impius diues ex humiliatione sua argumentum gloriandi captare possit. „MICHAELIS.

19) Ἐν τῇ ταπεινώσει]. „Non spernenda BENSONII explicatio, ταπείνωσιν de „amissione bonorum ob caussam religionis intelligentis. Potius tamen suspicor, „ταπείνωσιν esse apostolo *modestam mentis submissionem, ex diuitiis nullo fastu et* „*superbia turgentis.* Ita suadet analogia praecedentis versus, in quo sub ὕψους „nomine, quod τῇ ταπεινώσει respondet, non huius vitae fastigium, sed spiritu„alis dignitas intelligebatur. Nec obstat nobis citatum ab auctore comma 12, „quod potius cum versu nono quam decimo connectere possis. Verae autem glo„riationis materia, *mente esse aequa, opibus mundi non turgescere*: quae insignis est „stultitia. Pulcrum παράδοξον, *humilitate sua gloriari*: quod bene illustrat com„ma, a S. *Vener.* BENGELIO hic adscriptum, 2 Sam. VI, 22. *Vilescam amplius,* „*et humilis euadam in oculis meis, vt cum ancillis, quas dicis, cohonester.* Quod „παράδοξον non percepisse CLERICVM miramur. Is enim cum OECVMENIO „vetat supplere ex v. 9. καυχάσθω, subintelligi iubens, αἰσχυνέσθω, *pudefiat hu*„*militate sua,* cuius tamen vocis nulla adparet vola nec vestigium. MICHAE„LIS.

z) Post ὅτι oratio sine dubio ellipsi laborat, sic supplenda: *Quia (nisi ob Christum paratus sit omnium fortunarum facere iacturam) sicut flos graminis flaccescet* &c. Vis argumenti haec est: *diues, qui tempore persecutionis omnium potius, quam religionis iacturam facere paratus est, beatus est. Quod si vero fortunis suis potius quam Christo et religioni seruiat; cogitet, quae adpetat: transitura gaudia! floris instar caduca. Haec enim vita, omnisque eius decor bonosque, non nisi in diem manet. Aeternum vero beatus est, qui tentationes sustinet.* Vide Matth. V, 10—12. X, 17—26. 37—39. XIII, 22. Luc. XII, 15—21. XVI, 19. *etc.* 1 Timoth. VI, 17—19. Iac. V, 3.

a) Iob. VIII, 12. 13. XIV, 2. XXIV, 24. Psalm. XXXVII, 2. XC, 5. 6. CII, 11. CIII, 15. Prouerb. XXIII, 4. 5. Ies. XL, 6. 7. 8. Sapient. V, 8—15. XVI, 29. Sirac. XIV, 17—19. 1 Cor. VII, 31. Iac. IV, 14. 1 Petr. I, 24. 1 Ioh. II, 17.

20) „Ἀν-

Vulg. ant.
et flos eius cadit, et dignitas faciei ipsius perit. Sic et locuples

ras nitet: tamen adscendente [20]) sub meridiem sole, et acrius vrente, culmus flaccescit, pulcherque eius flos inclinatus moritur, omni nitore exstincto. Eadem ratione flacce-

Vulg. Hieron.
num et flos eius decidit, et decor vultus eius deperiit: ita et diues

scet

V. 11. 20) Ἀνέτειλεν ὁ ἥλιος σὺν τῷ καύσωνι]. „Vix quidem credo, omnem ardorem „solis meridiani intelligi: nec enim is florem necat. Mihi potius καύσων est vrens „ventus orientalis, qui cum sole exortus herbas in calido climate interficit. Phra„sis primum, deinde res ipsa ex historia naturali explicanda.

„Ad illam quod attinet, obseruaui, vocabulum καύσωνος apud τοὺς ό semper respondere Hebraeo, siue קדים, *Eurus*, siue שרב. En tibi exempla „Iob. XVII, 21. ישאהו קדים, ἀναλήψεται αὐτὸν καύσων. Ierem. XVIII, 17. „כרוח קדים, ὡς ἄνεμον καύσωνα. Ezech. XVII, 10. הלא כגעת בה „רוח הקדים תיבש, οὐχὶ ἅμα τῷ ἅψασθαι αὐτῆς ἄνεμον τὸν καύσωνα, ξηραν„θήσεται; XIX, 12. καὶ ἄνεμος ὁ καύσων ἐξήρανε τὰ ἐκλεκτὰ αὐτῆς, sc. *virgae*. „Hos. XII, 1. רודף קדים ἐδίωξε καύσωνα. Et clarius etiam hic idem καύσων „descriptus capite XIII, 15. ἐπάξει ἄνεμον καύσωνα ἐκ τῆς ἐρήμου Κύριος ἐπ' αὐ„τὸν, καὶ ἀναξηρανεῖ τὰς φλέβας αὐτοῦ, ἐξερημώσει τὰς πηγὰς αὐτοῦ· οὗτος καταξη„ρανεῖ τὴν γῆν αὐτοῦ: *Dominus ex deserto excitabit ventum ardentem contra illum, „qui exsiccabit venas eius, et vastabit fontes eius. Hic ad imum vsque exsiccabit „terram eius.* Inprimis confer Ies. XLIX, 10. vbi τῷ שרב respondet, item„que, vt nostro loco, a communi solis ardore distinguitur: μὴ πατάξει αὐτοὺς „ὁ καύσων, οὐδὲ ὁ ἥλιος. Sensus ergo est: *sicut flos, qui, simulac sol ortus sit, flan„te Euro aridiore, exarescit.*

„Res ipsa scriptoribus itinerum orientis celebratissima. Eurus, immanibus „terrae tractibus solis ardore accensis peragratis, tantum colligit ardoris in A„siae parte Australi, vt omnia adurat. Quae modo citaueram commata biblica „eius te naturam docent, quibus omnino adiunge insignem historiam Ionae IV, 8. „καὶ ἐγένετο, ἅμα τῷ ἀνατεῖλαι τὸν ἥλιον, καὶ προσέταξε Κύριος ὁ Θεὸς πνεύματι „ΚΑΥΣΩΝΙ συγκαίοντι, καὶ ἐπάταξεν ὁ ἥλιος ἐπὶ τὴν κεφαλὴν Ἰωνᾶ· καὶ ὠλιγο„ψύχησε etc. Ad manus nobis est *itinerarium Aethiopiae* IEREMIAE LOBO, „(*Voyage historique d' Abessynie du P.* IEREM. LOBO, *traduit par Mr. le* GRAND „*Amsterd.* 1728.) qui auctor vrentes ventos ab vtroque maris rubri latere ita „describit Tomo I. pag. 49. *L'Ecriture parle d'un Vent brûlant, qui vient du „Desert, que je crois être le Vent, que les gens du Päis appellent* Arur, *et les Ara„bes* Uri, *qui étouffe dans le Printems, et qui est si brûlant, qu'on peut dire, que „toute cette contrée est une fournaise ardente, ou plûtôt un Enfer; de sorte, qu'il „n'y a par moyen de voyager dans ce päis la cette cruelle saison.* Et pagina 50: *Heu„reusement ces Vents chauds et brûlans ne durent pas long tems. Ils passent en un „quart d'heure.* His terribiliora etiam de eodem vento, non ardente solum, sed

„et

Vulg. ant. in actu suo marcescet.

scet b), et in medio quasi floris honore c) concidet, cuius animus in diuitiis et gloria huius seculi defixus est.

Vulg. Hieron. in itineribus suis marcescet.

V. 12.

„et pestifero narrat CHARDIN in *itinerario Persico (Voyages en Perse) Tomo IV*, „*capite 2, sub finem*, pag. 22. *On appelle ce vent pestiferé*, Badsamoum, *c'est a dire*, Vent de poison, *mais sur les lieux mêmes on l'appelle* Samyel, *mot composé* „*d'* yel, vent *en Turquesque, et de* sam, *qui signifie* prison *en Arabe. Il se leve seulement entre le 15 Juin et 15. Aout, qui est le tems de l'excessive chaleur le long de ce* „*Golphe* (de Perse.) *Ce vent est sifflant avec grand bruit: paroit rouge et enflammé; et tuë les gens, qu'il frappe, par une maniere d'étoufement, sur tout quand* „*c'est de jour. Son effet les plus surprenant n'est pas même la mort, qu'il cause;* „*c'est, que les corps, qui en meurent, sont comme dissous, sans perdre pourtant leur* „*figure, ni même leur couleur, en sorte qu'on diroit, qu'ils ne sont qu'endormis,* „*quoiqu'ils soient morts; et que si on les prend quelque part, la piece en demeure à la* „*main.* Tanta venti καύσωνος vis ex insigni copia exhalationum sulphurearum „et nitrosarum, quas longo per ardentes arenas flatu collegit, exsistere videtur: „quod iam obseruauit eruditus itinerator SHAWIVS, in *descriptione Aegypti etc.* „addens, ex sulphuris halitu, quo ventus hic orientalis ardens grauis sit, fieri, „vt sol per ipsum transparens iusto magis rubeat. Plura de vento vrente si desideras, confer *bibliothecam Bremensem Class. VII. fascic. IV. Dissert. V. VI.* Miramur omnino, in tanta rei perspicuitate interpretes καύσωνος nostri Eurum „vrentem non vidisse, quod ego quidem sciam. Ex quo tamen numero mihi „eximendus S. Venerandus *Io. Alb.* BENGEL, cuius *gnomon* sic habet: *aestu meridiano; et vento vrente, ortum subsequente. Gradatio.* Breuiter, sed vere scriptum.

„Ceterum in hac constructione sermonis est aliqua ellipsis, ἀνέτειλε, pro, „ὅταν ἀνέτειλε: *simulac sol cum Euro vrente ortus fuerit.* Videantur de illa „*Lamb.* BOS *ellipses graecae, ex editione Chr.* SCHÖTGENII *pag.* 366. vbi de ellipsi voculae ἐὰν citatur 1 Cor. VII, 21. 27. Iacob. V, 13.

„Res tandem ipsa breuiter eruenda. Ventum vrentem orientales imaginem „faciunt repentinorum malorum, quod ex prophetis notissimum: inprimis vero, mortis repentinae, qualem Eurus vrens inferre solet. Habes exemplum „Ps. CIII, 15. 16. *Mortalis dies sunt vt gramen; vt flos agri, sic floret. Vbi* „*vero ventus* (pestilens Eurus) *transierit, disparet: nec locus ipsius agnoscit ipsum.* „Simplicissimus ergo sensus: *breui, et nullo negotio, improuiso casu, accidere, vt* „*diues, qui floruerit opibus, in medio prosperarum rerum cursu moriatur; quod si* „*fiat, omnem eius diuitiarum florem marcescere, nil ipsi commodi ex relictis, et* „*quasi caducis opibus huius mundi prouenire* MICHAELIS.

b) Ps. XXXVII, 2. 9. 10. 20. 35. 36. 38. LXXIII, 18—20.

c) Ἐν ταῖς πορείαις αὐτοῦ, *in viis suis*] ERASMVS *Roterodamus*, eumque sequuti, legi iubent, πορίαις, *abundantia.* Nec tamen satis euicta haec significatio vocabulo Graeco πορία. MILLIVS codicem ms. excitat, qui exhibet, ἐν ταῖς εὐπορείαις,

Vulg. ant.
12. Beatus vir, qui sustinuerit tentationem: quoniam probatus factus accipiet coronam vitae, quam promittit eis, qui eum diligunt.

v. 12. Illum vero, o! terque quaterque beatum *d*), siue diues sit siue pauper, qui sine labe nec violata fide magnas subit tentationes. His enim exploratus *e*), et illis adscriptus, qui aduersa ob Christum tolerare possunt, accipiet gloriosam immortalitatis *f*) [22]) coronam, quam

Vulg. Hieron.
Beatus vir, qui suffert tentationem: quoniam, cum probatus fuerit, accipiet coronam vitae, quam repromisit Deus diligentibus se.

ρείαις, probato priscae Graeciae vocabulo, atque ad ERASMI explicationem proxime accedente. Sed codex ille nec antiquitate illustris est, et vero suffragio aliorum destituitur omnium: probi tamen interpretamenti locum tueri possit. Sed quid opus varia lectione? cum πορείαις facili figura orationis esse possint *consilia*, *quae homo, huius seculi rebus immersus, capit.* Vide τοὺς ὁ Ies. VIII, 11. Ierem. XVII, 15. 21)

21) „Plura, de lectionis diuersitate a nonnullis quaesita dabit HAMMONDVS (qui „ἐμπορίαις, nullo codice praeeunte, legi iubet) ac CLERICVS, et vero inprimis „WOLFIVS in *curis* ad h. l. Vox ipsa πορεῖαι sine dubio *vias* primum notat: hic „vero in translata significatione adhibetur. Ea vero triplex esse possit: siue „1) quae BENSONIO nostro placuit, vt *viae* sint *consilia*: siue 2) *negotia et iti*„*nera mercatorum*, a quibus vel ipsum nomen hauserunt mercatores, qui Grae„cis ἔμποροι, Hebraeis סוחרים *a circumeundo* audiunt. Qui sensus cum *Ben*„*soniano* fere coincidit, nisi quod paucula arctius restringat. 3) *Felicitas*, quae „Orientalibus *prosper progressus* esse videtur. Cum tamen hanc tertiam significa„tionem nulli vocabulo eiusdem cum nostro thematis propriam meminerim, se„cundae explicationi lubens subscribo. Opponi quidem possit id, quod HAM„MONDO ἐμπορείαις legenti obiecit CLERICVS: *omnes diuites mercaturam non* „*exercere.* Vis tamen omnis peribit, modo cogites, quibus scribat Iacobus: „dispersis inter gentes Iudaeis, quorum fere quotquot diuites erant, mercaturam „exercebant. Unde et Cap. IV. v. 13. seqq. orationem ad mercaturam flectit. „MICHAELIS.

V. 12. *d*) Iob. V, 17. Prou. III, 11. 12. Hebr. XII, 5. etc. 1 Petr. III, 14.
e) Sapient. III, 5—7. Sirac. II, 5. Rom. V, 3—5. 1 Petr. I, 7. IV, 12. 13. etc.
f) Sapient. V, 15. 16. Matth. V, 10. X, 22. XIX, 28. 29. Act. XIV, 22. Rom. II, 7. 1 Cor. IX, 25. 2 Timoth. IV, 8. Iacob. II, 5. 1 Petr. IV, 13. 14. et vers. 4. Confer et illa commata, quae ad v. 2. in nota *f*) congessimus.

22) Τὸν στέφανον τῆς ζωῆς]. „Coronam puta non regiam, sed agonisticam. Ex „agone enim phrasis petita, victoribus praemiorum loco coronas tribuente, vnde „et hic *corona*, si figuratae orationis flores destrinxeris, *praemium honorificum* „significabit. Genitiuus, ζωῆς, innuit, qua in re hoc praemium consistat, nem„pe in *resuscitatione ad vitam nunquam finiendam.* Est eiusmodi constructio, qua„lis

quam Deus [23]) mentiri nescius, promisit et certo daturus est omnibus, quorum amor animusque in Deum indubiis argumentis cognoscitur.

SECTIO II.

Cap. I, 13—27.

CONTENTA.

Ea de vtilitate tentationis dixerat apostolus, vt opus omnino videretur, cauere, ne pestilens ille error in animos suorum serperet, qui Deo auctori peccata tribuit, eoque vocabuli significatu *tentationes* a benignissimo numine repetit, quo *corruptionem hominis et seductionem ad praua* designant. Quod genus tentationum

„lis illa Rom. IV, 11. σημεῖον περιτομῆς, pro *signo, quod in circumcisione consistit.* „Subit animum cogitatio, immortalem hanc vitam ex mente apostoli e diame„tro opponi caducae isti fragilitati mortalium quamuis diuitum„ quam superiore „versu descripserat. MICHAELIS.

23) „Ὁ Κύριος]. Dubiae auctoritatis et obscurorum natalium vox, quam cum stu„pendae antiquitatis monumenta omittant, crediderim a scriba imperito in tex„tum intrusam, cuius nullam perspiciebat sententiam, nisi hac voce suppleta. „Saltem in diuergio lectionum, si ambae sanum sensum fundunt, obscurior ple„rumque praeferenda faciliori, quae suspicione laborat, quod orta sit ex corre„ctione librarii. Iam vero nostrum hoc, ὁ Κύριος, omittit *Alexandrinus* codex: „antiquissima etiam latina, quae ante Hieronymum fuit. Confirmat me magis „Syrus: qui cum alioquin etiam in hac epistola (vt semper) ὁ Κύριος reddat, siue „per ܡܳܪܝܳܐ, vbi de trinuno Deo, siue per ܡܳܪܰܢ, vbi de Christo explicat, neu„tram hic vocem adhibuit in vertendo, sed scripsit ܐܰܠܳܗܳܐ *Deus*, vt potius „ellipsin supplere, quam verbum verbo reddere videatur. At, inquis, quis in„de sensus, si legero: λήψεται τὸν στέφανον τῆς ζωῆς, ὃν ἐπηγγείλατο τοῖς ἀγαπῶ„σιν αὐτόν? Tu vero supple in elliptica oratione, ὁ Θεὸς, quae vox saepe sub„audiri in sacris solet. Vide Ps. LXXXVII, 1. vbi est, יסודתו בהררי קדש „*fundata* EIVS, sc. Dei, *est in montibus sanctis.* Vide etiam VITRINGAM in „*Obseru S. l. I. Dissert. III c. I.* § 5. vbi in genere obseruat, subiectorum illu„strium nomina ab orientalibus subticeri. MICHAELIS.

tionum minime a Deo, ſed ab illecebris noſtrae voluntatis arceſſendum, quarum finis, coronae vitae e diametro oppoſitus, ad mortem deducit. *Tentatio* quamuis Deo adſcribi poſſit, neutiquam tamen illud fieri debet ea ſignificatione, quae vitii quid trahit. Prauitas et voluptates hominum peccata et mortem pariunt: non Deo mala originem debent. Hic potius ſolis inſtar habens, benignitatis ſuae fauſtum lumen in totum orbem diffundit, omnisque boni auctor eſt: ipſum tamen ſolem poſt ſe relinquit, cum nullis mutationibus ſit obnoxius.

Conuerſi ex Iudaeis bonitati numinis debebant, quod primi eccleſiae Chriſti adiecti eſſent: ſingularis ergo ratio ab illis exigebat, vt Deo ſummam tribuerent bonitatem, praeceptaque euangelii ſequerentur, adfectuum fraena adſtringentes, coërcentes linguam, manſuetudinem ſuam et charitatem actu ipſo probantes, et omnia, quae religioni Chriſti concinunt, peragentes [24]).

PARAPHRASIS.

Vulg. ant.

31. Nemo, qui tentatur, dicat, quoniam a Deo tentatur. Deus autem malorum tentator non eſt, tentat ipſe neminem.

V. 13. Hae tentationes, et quaſi pericula virtutis et pietatis, de quibus ſupra dixi, conſilio et numini Dei natales ſaepe debent. Nemo vero, qui ad peccata committenda *g*) ſolicitatur, *a Deo ſe tentari* dicat. Hoc enim vocabuli ſenſu *tenta-*

Vulg. Hieron.

Nemo, cum tentatur, dicat, quoniam a Deo tentatur: Deus enim intentator malorum eſt, ipſe autem neminem tentat.

tio

24) „Quae commatibus 13 — 18. continentur, ea ſatis clare ediſſerit BENSO-„NIVS: at breuius, nec vt mentem et finem apoſtoli ſatis adſequaris, ſequen-„tia. Nempe a commate 19. vsque ad 27. id dicit apoſtolus:

„Cum ergo tanta bonitas ſit Dei, nolite ira praecipiti abrepti cauſſam malo-„rum et tentationes in ipſum deriuare, ipſique Deo iraſci. Potius illud euan-„gelium, quod vobis de malis tolerandis eximia et maxima quaeque praecepit, „ita recipite, vt eius praecepta non audiatis ſolum; (ex ſolo enim auditu „parum proficietis) ſed et faciatis. Id vero ſciatis, neminem, qui iratae lin-„guae fraena laxat, ipſiusque Dei vias carpit, pium haberi poſſe. Illum vero „pium praedicauerim, qui adflictiones non ſuas modo forti animo tolerat, ſed „et alienis viduarum et orphanorum ſtrenue ſuccurrit. MICHAELIS.

V. 13. *g*) Pſ. V. 5. 6. Sirac. XV, 11 — 20. 1 Cor X, 13.

h) Be-

tio b) a Deo proficisci nulla potest:

qui

b) Πειραζόμενος] Verbum πειράζω, et vocabulum πειρασμὸς, duplicem habet significatum, quorum *primus* est, *explorare hominem, vel rem aliquam.* Sic Genes. XXII, 1. Deus *tentasse* dicitur Abrahamum, ὁ Θεὸς ἐπείρασε τὸν Ἀβραάμ· Anglus tamen noster Hebr. XI, 17. bene reddidit: *Abrahamus* EXPLORATVS (πειραζόμενος) *obtulit Isaacum. (Abraham when he was tried, offered up Isaac.)* Deus enim aspero obedientiae exemplo proposito *explorabat* et quasi periculum faciebat amoris eius et obedientiae. Saepius eadem vox redditur, *explorare, periculum facere*, Dei vias, quibus hominem ducit, designans. Vide LXX interpretes Exod. XV, 25. XVI, 4. Sic Deuter. VIII, 2. Deus dicitur duxisse Israelitas XL annos per desertum, *vt tentaret illos*, i. e. *vt exploraret illos*, vt sciret, quid esset in cordibus ipsorum, vellentne mandata sua seruare, an nollent.

Secundus significatus est, *seducendi*, et *solicitandi* ad peccandum. Hac vocis mente saluator noster *tentabatur* a diabolo, Matth. IV, 1. 3. qui, cum alios ad praua irritet pruriatque, ὁ πειράζων, *tentator*, tanquam aliquo proprio nomine vocatur. Vide 1 Cor. VII, 5. et alia commata plura.

Iacobus, qui vocabulo πειρασμοῦ priorem illam significationem tribuerat, v. 2. 12. iusseratque, tentationes seu explorationes in diuinorum beneficiorum numero haberi; iam cauet, ne tentationes etiam in hoc malo sensu Deo tribuant. Periculum virtutis, integritatis, pietatis hominum facit Deus: nec tamen vlla ratione contingere potest, vt stimulos peccandi illis addat, cogendo, seducendo, solicitando.

Quod si adcuratius paullo illos, quibus haec scribebantur, inspexeris, intelliges, quid illos pronos reddiderit, ad tentationum pessimum genus Deo tribuendum. Christianis gente Iudaeis haec mittit Iacobus; quibus alta mente haerebat, sibi, cum sub lege essent, prospera omnia et fausta contigisse, donec fidi et obedientes essent: nec vllas grauiores et publicas calamitates accidisse populo, nisi qui publice legi rebellasset, idololatria aut alio immani scelere suscepto. Quam mutata ergo agendi ratio, qua Deus illos, euangelio iam addictos, excipiebat? cum ipsa fides in Christum aduersa omnia excitaret, iuberetque apostolus, *omnis gaudii materiam existimare, si in varias inciderent tentationes, illasque in parte felicitatis suae ponere: duplicis enim animi virum, nec fortem in die tentationis, nihil habere, quod a Domino exspectet.*

His illi responsuri haec fere videbantur:

Quid nos reprehendis et castigas, publicae calamitatis tempore animi pendentes? Populum Dei nos esse credis? Is vero, eane nobis praestat, quae populo Dei deberi videntur, cum tantis angustiis vndique nos premi patitur? Christo si nuntium mittamus, Deus nos ad hoc committendum tentasse ipse videbitur, cuius populus, cum sub lege ageret, pacem et res secundas comitem perpetuam habuit sincerae obedientiae, nec vnquam talis passus est, nisi cum vias eius impie deseruisset.

Quibus

qui cum ipse seduci nequeat ad
peccandum *i*) vlla vi tentationis;

nec

Quibus reposuerat *Iacobus:* omnia ipsos alia sub euangelio ac lege exspectare debere, verae felicitatis loco esse, si ob iustitiam et benefacta patiaris aduersa, nec inter signa indignationis diuinae hoc referri debere. Solidae mentis virum et constantem, cuius animus integer scelerisque purus ne tantis quidem malis succumbat, ea consecuturum, quibus omnis adsurgat huius vitae felicitas; coronam vitae et immortalitatis: tandem, quamuis Deus tristia haec et dura permittat, non tamen nec cogere nec instigare ad peccandum, sed velle, vt fidem suam seruent, quam nobili sit ornaturus et gloriosa corona.

Has quidem Iudaeorum praeiudicatas opiniones palmariam dictorum Iacobi occasionem existimo. Nec tamen desunt, qui aliam viam sequantur, quam nec ego omnino adspernari audeo. *Paullus* de gentibus idola colentibus Rom. I, 28. disserebat, *eas, cum spernerent Deum in cognitione habere, a Deo traditas esse in mentem reprobam, ad faciendum quae facere non decet.* Rom. IX, 18. *Quemcunque vult, indurat Deus.* v. 21. *Nonne figulus potestatem habet figmenti, vt ex eadem massa efficiat vas vnum, honorificum, alterum ignominiae?* V. 22. mentionem iniecerat *vasorum irae, constructorum ad destructionem.* Idem adfirmauerat Rom. XI, 7. 8. *Israelem non adeptum esse, quae quaerat, sed electos adeptos esse, caeteris induratis, prout scriptum sit: dedit illis Deus spiritum alti soporis, oculos, ne videant, aures, ne audiant.*

Quae cum scripserit *Paullus* ecclesiis gentium, accidere poterat, vt et ex Iudaeis Christiani, inter gentes viuentes, et cum gentibus commercia habentes amicitiae, illa legerent, ex illisque incogitantius efficerent: *Deum esse auctorem peccati, hunc indurare corda hominum, et pereuntium cum peccata tum interitum ex huius solo decreto pendere.*

Nec procul ab ea opinione absum, dura Iudaeorum dicta in Deum, et crimen suorum peccatorum in illum collatum, aliqua ratione ex his *Paulli* dictis ortum duxisse: inprimis, cum communis ferat sententia, cui et nos subscribimus, abusum doctrinae de iustificatione per fidem, quem Iacobus c. II, 14. oppugnat, ex male intellectis *Paulli* epistolis exstitisse, maxime his, quas ad Romanos et Galatas dedit. Quod si *Iacobus* aliquos errores castigat, in quos lectione harum epistolarum inciderant, prorsus non abludit, et alia eiusdem generis et originis errata ab illo corrigi, inprimis, si quid momenti habeant 25).

25) „Ea, quae ex sua mente superius disserebat BENSONIVS, potiora mihi videntur, his aliorum opinionibus, quibus calculum nec denegare nec audacius addere videtur. Iacobum aliquos errores, ex abusu euangelii ortos, reprehendere, non praefracte negauerim, nec tamen satis liquidum mihi videtur, Paullinarum epistolarum falsae explicationi eum ex professo bellum indicere. Vide, „quae hac de re egimus in nostris prolegomenis, §. 2. seqq. MICHAELIS.

i) Ἀπείραστός ἐστι κακῶν, *Deus non potest tentari ad mala*]. 26) Exod. XVII, 7.

 filii

nec alios vllo tempore ita tentat,

filii Israelis *tentasse Dominum* dicuntur: et ipse Deus de illis Numer. XIV, 22. *tentarunt me his decem vicibus.* Nec tamen haec et alia similiter dicta plus significant, quam, Israelitas neglexisse mandata Dei, et stolide dubitasse de eius sapientia, potentia aut bonitate, idque post tanta miracula, quae patrauerat, et stupenda, quae in commodum illorum exhauserat, opera. Hoc certe non dicunt, Deum iniuriis Israelitarum prouocatum, ad male agendum irritari: sed, explorari eius patientiam, et periculum quasi fieri, quanta sit magnitudo benignitatis diuinae et curae, qua Israelitas foueat. Omne vitium in his, nulla in Deo labes erat, quod vel ex hoc Mosaico liquet, Deut. VI, 16. 17. *Non tentabitis Dominum Deum vestrum, sicuti tentastis in Massa; obseruabitis praecepta Domini Dei vestri, et testificationes eius, et statuta eius, quae vobis praecepit.*

Iesum Christum dicit epistola ad Hebraeos, c. VI, 15. *tentatum esse in omnibus, sicut nos,* sed sine peccato: idemque *Iacobus* de Deo, patre Domini nostri Iesu Christi testatur: *illum, quamuis tentari possit, nunquam tamen superari a tentatione.* —— Hoc sensu Deus *non potest tentari ad mala.*

Praeclarum equidem praeceptum, omnibus rebus creatis ratione praeditis datum, cuius saluator noster mentionem fecit Matth. IV, 7. *non tentabis Dominum Deum tuum:* quod tamen si hominum stulta peruersitas migrauerit, in ipsos omnis culpa redundat malorum. Nihil in Deo iniquitatis inest, nec tentatio illum vlla seducet, aut de recto rigidae iustitiae tramite vel latum vnguem declinare coget.

Boni et *mali* fines immenso interuallo disiuncti sunt: *bonum* nunquam non pulcrum est et sapienter institutum; *malum*, prudentiae expers et vile. Iam vero eius quod natura et sua sponte *bonum* est ac *malum*, vera semper forma et facies diuinae menti obuersatur: illud semper mirabiles sui amores excitat, hoc deforme et monstri instar videtur. Potentia Deus illa est, quam nemo spe pellicere, nec minis terrere possit. Quae igitur cogitari potest tentatio, cuius illecebris victus, turpe et monstrosum adpetat, repudiato pulcro et amabili? Tantae mentis iudicia de bono et malo adeo sunt explorata et immutabilia, vt omnia ex altera parte collocata ne minimi quidem momenti instar habeant: nunquam ergo ita tentatur, vt succumbat.

Summa perfectio mentis voluntatisque cum in Deo insit, dignus est omnium rerum moderator; nec est, quod vllum ens creatum vereatur, ne Deus ipsi seductor existat ad malum, siue vt illud in aeternum perdat, siue alio quocunque fine.

26) Ἀπείραστος] „Bene noster hanc vocem passiue accepit, de *eo qui tentari ne*„*quit* Alii actiue, *non est tentator ad mala.* Sic Lutherus: ist nicht ein Ver„sucher zum Bösen. Quam explicationem iure refellit WOLFIVS in *curis ad* „*h. l.* vbi eius argumenta, quae non exscribo, legi velim. Vnicum addiderim: „particulam aduersatiuam ΔΕ in membro sequente omnino redundare, si actiue

„verras

vt ad praua illos solicitet. *k*)

V. 14.

„vertas. Quae enim oppositio sic cogitari possit? Aures ipsas laedit, si dicas: „*est non tentans ad mala*, SED *ipse tentat neminem.* Plana vero sunt omnia, si ita „vertas: *Deus non solum non tentari potest ad mala, sed et ipse neminem tentat.* „MICHAELIS.

k) Πειράζει δὲ αὐτὸς οὐδένα] Nulla ratione Deus auctor est peccati, neque aeterno aliquo et fatali decreto, neque ea indole adpetitionibusque vlli rei creatae inditis, quae ad malum cogant. Bene THEOPHYLACTVS: *natura nostra bona est, ceu opus Dei: nostra sponte male agimus.* Nec ideo aliqua nostrorum peccatorum culpa Deo tribuenda, quod vires nostras, quibus illa peragimus, ei debeamus; nec, quia hanc rerum seriem, cui nos quasi intertexti sumus, ipse digesserit; nec ob diuini auxilii nobis necessarii defectum. Nec enim supra vires aliquid exigit aequissimum numen, ideoque omnibus, quantum opus est, largitur auxilii. —— Multo minus mala ab vllo mortalium fieri iubet, obstinatamue mentem illis indidit, nec cogit, aut suadet illis, vt peccent, animosque praua faciendi addit, aut praemia malorum proponit.

Nec tamen desunt, quae moueri possent, dubia, ad quae respondentibus nobis occasio nascetur commata nonnulla biblica explicandi.

1) *Iacobus* plane negat, *Deum tentare homines:* at vero Dominus noster docebat discipulos suos, quotidiana et iugi quasi oratione precari: *ne inducas nos in tentationem, sed libera nos a malo.* Matth. VI, 13. Quae, inquis, quomodo conciliari possunt? Si Deus nunquam inducit in tentationem, cur Iesus docebat discipulos, eam precando auerruncare? Sin vero omnino inducit in tentationem, quomodo *Iocobus* neget, *Deum tentare homines?*

Resp. *Tentatio* in oratione dominica, idem valet, atque, *exploratio nostri, pietatisque nostrae.* Duo vero versus coniungendi a legentibus, et sic explicandi: *ne inducas nos in tentationem, nisi ita, vt nos a malo liberes:* i. e. *ne ita nos explorari velis, vt pietas nostra periclitetur, nec tentari supra vires nostras.* Iam amice conspirat petitio illa dominica cum *Iacobo.* Exploratio enim, ex qua auctus capit pietas, quamuis sit vtilis, orandum tamen, ne viribus nostris maior existat. Nec tentatio, et persuasio ad peccandum, de qua *Iacobus* loquitur, dici debet, cum Deus nos ita explorat, aut explorari permittit, vt, nisi rei nostrae ipsi defuerimus, vincere possimus.

2) *Obiectio secunda.* Deus dicitur *excitare homines, ad mala facienda, obdurare corda illorum; decipere nonnullos; praecipere spiritui mendaci, vt decipiat illos; tradere illos in mentem reprobam, ad scelera suscipienda; mittere praestigias validas, vt mendacio credant; dare illis spiritum soporis, oculos qui non videant, auresque non audientes.*

Resp. Iudaeorum lingua ea saepe fieri perhibet a Deo, *quae ab aliis fieri ille sinit, ac deinde ita dirigit, vt ad consilia sua sapientiae plena exsequenda faciant.* Sic 1 Paralip. V, 26. reges Assyriae feruntur a Deo excitati, vt abducerent

 rent

rent Israelitas in exsilium, id est: sinebat illos vincere Israelitas, captiuosque agere, in poenam delictorum, quae inter idololatria eminebat. Magis hoc in alio exemplo perspicuum, 2 Sam. XXIV, 1. relatum legimus, iram Dei in Israelitas accensam esse, ita, vt instigaret Dauidem, ad dicendum: *age, numera Israelem et Iudam*. Discimus tamen ex 1 Paralip. XXI, 1. Satanam fuisse, qui infestus Israelitis hanc Dauidi mentem iniecerit. Clarissimum, hic Deum sisti vt *facientem* ea, quae vt ab alio fierent, illic modo dicitur *permittere*. Eadem ratio soluet aliorum commatum nodos, inextricabiles, si apices litterarum sequaris. Exod. VII, 3. ipse Deus praedicit Mosi: *cor Pharaonis se induraturum*: et v. 13. *dicitur, indurasse cor Pharaonis, vt negligeret dicta a* Mose et Aharone, qui Dei mandata ad ipsum perferebant. Nec tamen quidquam proprie faciebat Deus, nisi vt plurima ederet signa et miracula, quibus mentem Pharaonis molliret, atque ad poenitentiam perduceret. Ille vero, neglectis Dei monitis, eadem bonitate Dei, quae ad poenitentiam illum inuitabat, abutebatur, ipsisque a poenis, quibus reuocabatur, durior et obstinatior redibat. Deo ergo solum permittente ipse Pharao cor suum indurabat, quod et ipsi dicunt litterarum apices, Exod. VIII, 11. *Sed cum Pharao videret, auram sibi aliquam adflari, indurabat cor suum, nec attendebat ad illos, sicut praedixerat Dominus.* Eadem ratione interpretari debebimus Rom. IX, 18. *Quemcunque vult, miseretur: et quemcunque vult, indurat*: i. e. miserationem adhibet, vbi locus est misericordiae ipsi visus; hos vero, qui misericordiam eius adspernantur, finit corda sua iisdem illis rebus indurare, quibus si recte vsi essent, ad poenitentiam et veram felicitatem peruenissent. Ps. CV, 25. *Vertit corda illorum, vt odissent populum, et dolose agerent cum seruis suis*: i. e. patiebatur, vt hostes Israelitarum supra illos eminerent, illosque subdola et dura ratione tractarent, in poenam peccatorum ab illis commissorum. Nec enim potest Deus instigare, vt alterum odio prosequaris, aut malo dolo cum illo agas. Genes. XLV, 5. 8. fingitur, ac si Deus misisset *Iosephum* in Aegyptum; quia fieri illud sinebat, et ipsi fratrum impietati ita quasi imperabat, vt ingens inde fructus et ipsis et vero *Iosepho* nasceretur.

Sic improbitati *Iudae* illius, qui Dominun prodidit, et Iudaeorum, qui *Pilatum* cogebant, vt crudeliter et ignominiose Iesum in crucem ageret, nihil inde decedebat, quod Deus, quominus omnia ista fierent, non impediret, Christusque *Dei determinato consilio et praescientia* manibus illorum permitteretur.

1 Reg. XXII, 19. seqq. est parabolicum dicendi genus. Deus in throno sedens sistitur (exemplo regum Iudae et Israelis) stantibus ante illum bonis malisque angelis, (sicut veri et falsi prophetae regibus tunc praesto erant) fertque parabola, Deum iussisse spiritum mendacem proficisci et decipere *Ababum*: ex quo non nisi hoc intelligere debemus, permisisse Deum, vt falsi prophetae fausta canerent quaeuis, *Ababus* vero his felicitatis *somniis* frueretur et deluderetur. Hoc vero vnde? nempe, quia volebat decipi, et veritatis neglecto amore mendaciis delectabatur. Eademque scena agitur Ezech. XIV, 9. 2 Thess. II, 9—12. Rom. I, 28. XI, 8. et Ier. IV, 10, vbi Deus dicitur *mirum in modum decepisse Iudaeos*: permittebat enim, vt qui veros vates odissent, deludique

Vulg. ant.
14. Vnusquisque autem tentatur a sua concupiscentia,

v. 14. Sed vnusquisque tentatur a peccato, et superatur, a suis ipse cupiditatibus abreptus, et esca quasi hamoque *l)* captus

Vulg. Hieron.
Vnusquisque vero tentatur a concupiscentia sua

ludique vana spe mallent, a falsis prophetis, quos sequi, ad quos attendere obstinatum habebant, deciperentur. In illis vero eiusdem Ieremiae verbis c. XX, 7. quae ex nostra versione dicunt, *Deum illum decepisse, et ipsum deceptum esse*; פִּתָּה, quod vertimus *decipere*, etiam valet, *persuadere*, qui significatus ab ipsa Anglorum versione alibi ei aptatur. Bene ergo vertes: *suasisti mihi, egoque persuasus sum*, vt in me reciperem munus prophetae. Addit etiam: *me fortior es* etc. i. e. potentius meae menti illapsus est Deus, ad vaticinandum impellens, quam vt excutere illum possem, quamuis meum munus exsequendo asperiora omnia expertus sim, ac speraueram. Si tamen nolis a vulgari versione recedere, grauius commoti animi verba erunt, querentis, sibi non exspectanti durissima quaeuis accidisse, exiguumque fuisse fructum vaticiniorum, quibus impia reprehendebantur tempora. Meliora enim sibi cecinerat, cum Deus prophetico muneri ipsum praeficeret, quae spes cum in fumum abiisset, nimia mentis perturbatione, vel Deum adcusaturus videbatur, qui se misisset. Nec vero Deus, rem si quaeras, deceperat illum, sed omnia promissa ei perfecerat.

Omnia reliqua, quae obiici solent, hoc vnum efficiunt: permisisse Deum, vt impii vias sibi placentes irent, perirentque in suis consiliis; alto sopore obruerentur, clauderent oculos, aures obturarent, corda indurarent, committerent haec, illa scelera; quae semel animo conceperant, nec ab illis volebant reuocari. Haec plana rei veritas, dictionum floribus et figuris vestita, a nostrarum linguarum ingenio alienis, eoque cautius exquirendis.

V. 14. *l)* Ἐξελκόμενος καὶ δελεαζόμενος: *extractus ex aqua, et inescatus*]. Alludit vtrumque verbum ad pisces esca captos. Voluptates et cupiditates, esca, qua capiuntur homines, dicuntur. Quam phrasin iam ex optimis auctoribus adstruxit GROTIUS: γαστρὶ καὶ λόγοις δελεάζεσθαι, *ventre et verbis inescari*. Sic PLUTARCHUS *de sera Num. Vind.* τὸ γλυκὺ τῆς ἐπιθυμίας ὥσπερ δέλεαρ ἐξέδειν, *dulcedinem voluptatis, ceu escam aliquam, deglutire*. Vide PRICAEUM in loc. PLATO vero, δέλεαρ, inquit, τῶν κακῶν ἡ ἡδονή· *Voluptas esca malorum*. Vide PLATONEM *in Timaeo*. Adludit ad illum CICERO de *senect*. c. XIII. *Diuinus enim Plato escam malorum adpellat voluptatem, quod ea videlicet homines capiantur; vt hamo pisces*. 27).

27) Ἐξελκόμενος] „Reddit noster: *extractus ex aqua*, hamo quidem. Quae si „explicatio valeret, debuisset ἐξελκόμενος postponi τῷ δελεαζόμενος; inescatio enim „praecedit extractionem ex aqua. Qui verborum ordo cum secus se habeat, ve„lim ἐξελκόμενος potius reddere, *attractus*. Id indicatur, cum pisces aliquo ar-

gumento

Vulg. ant.
abducitur et elicitur.
15. Deinde concu-

captus *m*).
V. 15. Cupiditas vero, si pellicientem audias ac sequaris, concipit *n*)

Vulg. Hieron.
abstractus, et illectus.
Deinde concupiparit-

„gumento intelligunt, escam in aqua esse, illamque adpetunt: quod vbi faciunt, „dicuntur ἐξέλκεσθαι; at vero δελεάζεσθαι, vbi escam ore auido arripiunt. MI-„CHAELIS.

m) *Vnusquisque tentatur*, *sua cupiditate abreptus*] Nullam rerum creatarum ita formauit Deus, vt necessario mala sit: facultates dedit illis ac vires, quibus vtrum bene vti an abuti mallent, ipsorum reliquit arbitrio. Vbi enim nullum in eligendo arbitrium, virtus et vitium, praemium et poena concidit. Quod si ergo Deus res intelligentes, in quas leges, poenae, praemia cadere possint, produxerit, non solum libertatem illis tribuere, sed et ipsorum arbitrio permittere debebit, quomodo hac libertate vti velint. Mala permissa minime Deum reddunt mali auctorem, sed arcto nexu pendent a creatione et moderatione entium moralium.

Homines quidem et rationales et vero animales fecit Deus. Ex animalibus horum facultatibus existunt desideria titillantis et quasi prurientis boni, diuitiarum, voluptatum corporis, et honoris. Quae desideria, iustis finibus si coërceantur, nec euagentur vltra lineas, nihil criminis habent: pro lubitu vero dilabi, aut nimis virium adquirere si illa siueris, ad facinora tandem perducent, quae, in se spectata, mala sunt, Deoque inuisa. Haec ergo vt dirigeret, et a peccato reuocaret, indita nobis est ea pars animi, quae mentis et rationis est.

V. 15. *n*) *Cupido*, *vbi concepit*, *parit peccatum*] Ἐπιθυμία, *cupiditas*, animo *Iacobi* et stilo obuersata est vt meretrix, stolidum iuuenem in suos inuitans complexus, (vide Prouerb. VII, 6. etc.) ex quibus illa quasi fit grauida, et excludit peccatum, (συλλαβοῦσα τίκτει ἁμαρτίαν) peccatum vero adultum visum est ipsi eadem ratione cum eodem homine concumbere, et tetro incestu ex se creare mortem, (ἡ δὲ ἁμαρτία ἀποτελεσθεῖσα ἀποκύει θάνατον.) Haec quasi genealogia matrem peccati facit concupiscentiam, mortis peccatum. 28)

28) „Est ergo mixta ex duabus figuris oratio, escae hamatae, et meretricis. Huic „lucis aliquid dabit Salomo, qui eadem vtitur ad seductrices peccati cupiditates „pingendas, Coheleth VII, 25. 26. *Circumtuli cor meum*, *vt cognoscerem*, *et* „*exquirerem et inuestigarem sapientiam et rationem*: *et porro*, *vt intelligerem im-* „*pietatem stultitiae*, *et amentiam delirationum*. *Inuenique aliquid* ipsa *morte magis* „*amarum*, (quod mortem et exitium aeternnm parit;) *istam mulierem*, (pecca-„tum seducens) *quae corde suo est retia et praestigiae*, *et vincula manibus suis*. *Pla-* „*cens Deo illi eripitur*, *sed peccator illaqueatur*.

„Insignis hic *Iacobi* locus, ex quo ortum, progressum, finem discas „peccati.

1) „Habet homo aliquam cupiditatem animalem, cui titillantia quaeuis bona „videntur. (v. 14. ὑπὸ τῆς ἰδίας ἐπιθυμίας). Haec ipsi *propria* est, nec opus „habet,

Vulg. ant. piſcentia conci-

paritque peccatum o): quod educatum quaſi et in adultum robur ex-

Vulg. Hieron. ſcentia cum concecre-

„habet, vt a Deo excitetur, ſed ſua ſponte ea petit, quae bona videntur. Quin „et eo ſenſu ipſi propria eſt, quod talis, qualis nunc ſit, impetuoſior, et cui „nimium in hominis animum licet, minime ei a Deo ſit indita, ſed ab homi„ne corrupta, deprauata, et laxioribus ſpatiis vagari edocta, cum lapſu primo„rum parentum, tum praua conſuetudine.

2) „Hac efficiente ipſum peccatum homini vt eſca obuerſatur, et aliquid delicia„rum continere videtur.

3) „Homo ergo a malo allicitur, ſentit aliquid in illo, quod ſibi placeat, vnde, „niſi ratio et pietas alia ſuaderet, illud adpeteret: (ἐξελκόμενος:) tandem ita „pellicitur, vt ſaltem mentem totam non ab hac cogitatione reuocet, ſed de „deliciis peccati cogitare incipiat.

4) „Vere adpetit hanc cupiditatem, eaque fruitur et delectatur. Fingit ſibi in „animo, ſatiari cupiditatem, et inſignem inde ſe percipere dulcedinem. „Hoc v. 14. dicitur δελεάζεσθαι, *ineſcari*, et v. 15. *concumbere cum cupiditate, vt* „*grauida illa euadat.*

5) „Iam ergo cupiditas grauida facta eſt, i. e. mente concepimus conſilium et „voluntatem peccandi, primam occaſionem, quae ſe dabit, arrepturi: (v. 15. „συλλαβοῦσα).

6) „Quaeſitam ergo occaſionem nacti, peccatum ipſum peragimus: (v. 15. „τίκτει ἁμαρτίαν).

7) „Hoc nobis pulcrum in committendo videtur; vbi vero peractum et conſum„matum fuerit, eiusque dulcis quaſi ſcabies in ſola recordatione ſupereſt, alium „nobis foetum excludit, mortem: i. e. horrores conſcientiae perſentiſcimus, „nosque mortis reos factos intelligimus.

„Caeterum *mortem*, quam peccatum, et quidem perfectum, *parit*, non „ipſam intelligo aeternam. Aut enim *parere mortem*, eſt, *morte dignum effice„re*, aut, *ipſo actu et e veſtigio mortem inferre.* Si hoc; falſum eſſet, nec enim „mors aeterna ſtatim peccatum conſummatum conſequitur: ſin illud; minus di„ctum, quam diei debuiſſet, iam enim ea cupiditas, quae concepit, mortis ae„ternae nos reos reddit. Relinquitur ergo, vt mortem intelligas de *ſenſu mor„ti; aeternae nobis imminentis;* eritque *parere mortem*, idem ac, *perficere vt in* „*mortis reatum te incidiſſe cum horrore ſentias.* Idem vſus phraſeos Rom. VII, 9. „10. ἐγὼ δὲ ἀπέθανον: et v. 11. ἡ ἁμαρτία — — διὰ τῆς ἐντολῆς ἐξηπάτησέ με, καὶ „δι' αὐτῆς ἀπέκτεινεν. Tandem, quinam codices pro ἀποκύει legant ἀποκυεῖ, di„ſce ex BENGELIO. Eſt res non magni momenti, cum accentuum Graecorum „ſilua auctoritate et iuſtis natalibus careat. *Italia priſca* vbi vertit, *adquirit,* He„braizante dictione vtitur. Hebraeis enim קנה vtrumque ſonat, *parere*, et „*adquirere.* MICHAELIS.

o) Iob. XV, 35. Pſ. VII, 14. 15. 16. Rom. VI, 21. 23.

Vulg. ant.
pit, et parit peccatum. Peccatum autem consummatum adquirit mortem.
v. 16. Nolite errare, fratres mei dilecti!

crescens, non illam, de qua supra (v. 12.) egimus, coronam vitae, sed mortem parit et interitum.
v. 16. Nolite *p) ergo* errare [29]), fratres dilecti, neue credite peccatum et mortem ex Deo esse, illumque homines, vt perdere illos possit, ad peccandum seducere. Solae enim cupiditates impiorum hominum, si illis seruias, miseriam et mortem creant.

Vulg. Hieron.
perit, parit peccatum: peccatum vero cum consummatum fuerit, generat mortem. Nolite itaque errare, fratres mei dilectissimi.

v. 17. Omnis datio bona, et omne donum perfectum

v. 17. Vt vero mala sunt ab hominibus; sic omnia bona et honesta *q)*, et quaecunque ad felicita-

Omne datum optimum et omne donum perfectem

V. 16. *p)* Codex Alexandrinus legit, *μὴ* ΟΥΝ *πλανᾶσθε*, *ne* ERGO *errate*: facitque sequentia consectarium antecedentium.

29) *Μὴ πλανᾶσθε, ἀδελφοί μου ἀγαπητοί*]. „Quo liquidior fit sensus, et cum antecedentibus connexio, ita circumscribere velim vocem *πλανᾶσθε*: *Adflictionibus ergo tentati* (v. 2. seqq.) *eo effectu, vt in peccatum Christique eiurationem „proni esse incipiatis: nolite turpissimo et impio errore Deo illud tribuere*, (v. 13.) „*quasi is efficiat, vt non possint non impiae cogitationes animis vestris illabi; sed vo„bis ipsis.* (v. 14.) Ceterum idem, quod hic *errare* vocatur, v. 19. describitur, *vt „ira praeceps contra Deum eiusque vias.* MICHAELIS.

V. 17. *q)* *Πᾶσα δόσις ἀγαθὴ καὶ πᾶν δώρημα τέλειον*] Citabat Paullus *Aratum* Act. XVII, 28. *Menandrum* 1 Cor. XV, 33. *Epimenidem* Tit. I, 12. Sic et hoc comma, hexametri pedibus et mensura constans, ex poëta aliquo Graecorum, quem tamen nunc ignoramus, citare videtur *Iacobus*. 30)

Πατρὸς τῶν φώτων]. *Pater* auctorem significat, Genes. IV, 20. Hebr. XII, 9. qui sensus hic vocabulo aptandus. Deus est pater luminum, *seu auctor et rationis et reuelationis*. 31) Quicquid bonum est, ex caelo descendit: Ioh. III, 27. 1 Cor. IV, 7. Iacob. I, 5. III, 17.

Quid? si *Iacobus* vocibus ex siderum motu petitis vsus, in mente habeat Pharisaeos, qui fato, seu, vt illi interpretabantur, traiectionibus motuique stellarum, et ex harum influxu ortis euentibus, plurima tribuebant? Vide IOSEPHI *antiqu. Iud.* l. XIII. c. 5. §. 9. l. XVIII. c. 1. §. 3. et *de bello Iud.* l. II. c. 8. §. 14. IVSTINI MARTYRIS *Dial. cum Tryph.* p. 370. MAIMONIDIS *More Neuochim* p. II. c. 10. EPIPHANIVM *de haeresi Pharis.* §. 2. Cui opinioni contradicens, bona omnia in Deum, primam caussam, supremumque omnium moderatorem deriuat.

30) Citari

Vulg. ant. desursum descendit * a patre luminum, apud quem non est permutatio, vel modicum obumbrationis.

tem et vitam deducunt, ex benignitate Dei oriuntur, in nosque descendunt a sapientissima ista et sanctissima mente, primo luminis et rationis et reuelationis fonte: quae, solis instar, commune est vniuerso orbi bonum, largam lucem,

Vulg. Hieron. ctum, desursum est, descendens a patre luminum, apud quem non est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio.

30) „Citari hexametrum ex poëta Graeco, valde dubitauerim. Non is erat *Iacobus*, qui poëtas Graecos legisse videri possit, sed Iudaeus in Palaestina natus et „educatus, Hierosolymitanae ecclesiae fere adsiduus custos et doctor. Nec iis, „quibus scribebat, Graecorum poëtarum scripta familiaria fuisse crediderim, vt „his, quibuscum *Paullus* agens Graecis litteris et libris vtebatur. Casu potius „euenisse existimo, vt versus existeret; cuius rei plura exempla vide collecta a„pud auctores in *Io. Christoph.* WOLFII *curis ad h. l.* citatos. Adde illis LI„VIVM, l. VI, 3.

Parcere lamentis Sutrinos iussit; Etruscis
Se luctum lacrumasque ferre. Et lib. XXIII, c. 30.
Quem dictator vouisset, dedicare liceret.

„Caeterum est in oratione apostoli gradatio. Deo deberi adfirmat 1) *omne mu„nus bonum*, quod aliqua ratione bonum dici possit, in quo genere huius vitae „sunt commoda: 2) *omne donum perfectum*, seu quod ad finem bonorum perti„neat, vereque hominem beet, cuius doni perfecti ingens habes exemplum ver„su sequente.

* Ἄνωθέν ἐστι, καταβαῖνον] „Sic interposito commate explicamus: *e cae„lo est, descendens a patre luminum.* Secus vero Latina prisca, quae „ἄνωθεν et καταβαῖνον construxit, *desursum descendit.* Eadem ratione Syrus: „ܡܢ ܠܥܠ ܢܚܬܐ ܡܢ ܐܒܐ ܕܢܘܗܪܐ *desuper descendit, a patre lumi„num.* Fauet tamen constructionis facilitas nostrae communi interpunctioni. „Si is sensus esset, quem *Italus* et *Syrus* vidit, scripsisset (credo) apostolus: „ἄνωθεν καταβαίνει. MICHAELIS.

31) Πατρὸς τῶν φώτων.] Non mihi videtur lumen rationis et reuelationis respici. „Cum enim *Iacobus* in eo sit, vt adserat, non modo cognitionem, sed OMNE „*munus bonum et* OMNE *donum perfectum* a Deo proficisci, malim hoc Dei epi„theton ita explicare, vt OMNIS *boni datorem* significet, quam vt vnici alicu„ius beneficii fontem designet. Et fauet mihi Hebraismus: Hebraeis enim „omne bonum et laetitia *lucis* nomine venit. Sic Salomoni *videre lucem*, „ראות־אור, est *gaudiis vitae perfrui.* Sic Coheleth VI, 5. de auaro: „גם שמש לא ראה, *etiam solem non vidit*, i. e. non laetatus est in vita sua.

cem, calor em que et faustum quemuis influxum omnibus liberaliter tribuens. Hoc tamen interest inter solem in caelo constitutum et magnum patrem luminum, quod sol mutet interualla et inclinationes, quibus terrarum incolas prospicit, vmbramque, qua illos complectitur; oriatur quotidie, summum meridie caelum conscendat, occidatque iterum, rectis nos per aestatem radiis, obliquis hieme illustret; cum nulla huius generis mutatio in magnum patrem luminum *r*) cadat, qui ortus et occasus *s*) expers, nihil sibi admixtum

habet

„Ps. XXXVI, 10. בְּאוֹרְךָ נִרְאֶה אוֹר, *in luce tua videbimus lucem*, i. e. lae„tabimur. Ps. XCVII, 11. אוֹר זָרֻעַ לַצַּדִּיק, *lux seritur iusto*, quod se„quente membro explicatur, *et rectis corde, laetitia.* Ies. XLV, 7. id quod pri„ore membro dicitur: *formans lucem*, et *creans tenebras*, posteriore explicatur: „*faciens pacem*, *et creans malum.* Imitantur Hebraismum tabulae noui foederis, „Ioh. I, 4. καὶ ἡ ζωὴ ἦν τὸ φῶς τῶν ἀνθρώπων, i. e. *et vita erat gaudium hominis.* „Originem phraseos disces ex Cohel. XI, 7. *dulcis est lux*, *bonumque oculis videre* „*solem.* Sistitur ergo Deus, vt fons et pater omnis veri boni atque laetitiae, at„que vt sol aliquis, qui laeto suo lumine nos perfundit. MICHAELIS.

r) Ἔνι positum est pro ἔνεστι; quamuis vnus Codex habeat ἐστι, cui *Syrus* et *Vulgata* accedit. 32) Vide BEZAM.

32) „Non satis intelligo, qua coniectura BENSONIVS adsequatur, *Vulgatum* et „*Syrum* interpretem ἐστι, non ἔνι legisse, cum eadem vtrique voci aptanda sit in„terpretatio. Inprimis *Syrum* citari miror, qui plane vocem omisit, supplen„dam: vertit enim: ܗܘ ܕܠܝܬ ܠܘܬܗ ܫܘܚܠܦܐ ܐܦܠܐ *apud quem* „*non mutatio vlla.* MICHAELIS.

s) Παραλλαγή, ἢ τροπῆς ἀποσκίασμα] Bene obseruatum est, Deum vocari *patrem luminum*, cum adlusione ad solem, maximum lumen, cui terra omnesque planetae lumen debent; apostolumque figuratae orationi inhaerere, ex astronomia

deprom

habet vmbrarum et caliginis, sed summa semper cognitione et puritate gaudet, atque constans est et communis omnium, quae existunt, benefactor, prospero illa lumine fouens, et benedictionem rebus a se creatis distribuens.

V. 18.

depromtis vocabulis. Παραλλαγὴ, *parallaxis* esse Iacobo videtur varius solis per totum diem positus, orientis, meridiani, iterumque occidentis. Is forte tunc vulgaris vocabuli vsus, omnem *variationem* ex deriuatione sua denotantis: quamuis astronomis significet parallaxis, *discrimen loci, in quo sol aut stella esse videbitur tibi in centro terrae, aliique in superficie constituto*, quod in sole et remotioribus sideribus exiguum, maius in luna est et planetis minus distantibus. 33)

Τροπὴ *tropicus*] Non ad diurnum, sed annuum solis cursum refertur. Tropici quidem duo sunt, quorum alterum solstitio, bruma alterum sol percurrit, quo facto reuertitur.

Ἀποσκίασμα *vmbra*] Varietas vmbrae existit ex vario solis situ, orientis, occidentis, huic, illi tropico propioris. Nulla eiusmodi variatio aut tenebrae vmbraeque Deo accidunt. Vide HAMMONDVM. De immutabilitate Dei confer Num. XXIII, 19. 1 Sam. XV, 29. Ies. XIV, 27. XLVI, 10. Malach. III, 6. Iudith. VIII, 16. Rom. XI, 29.

33) Παραλλαγὴ, ἢ τροπῆς ἀποσκίασμα] „Mutatio et quotidiana et annua solis efficit, vt semper alio alioque nos vultu adspiciat, ex quo pro mente superstitiosorum hominum, Chaldaicis artibus addictorum, sequebatur, vt alios fausto lumine bearet, aliorumque fata formaret obliquo quasi oculo et sinistro. Talia de Deo suspicari, impium. Omnibus est idem: et sicut nulla in ipso variatio, sic nec alius existit hominibus, nisi ipsi ab eo secesserint, eique quasi mutentur. Omnes sub fausto influxu Dei nascuntur.

„Vocem ἀποσκίασμα alia paullulum ratione reddere velim, quam BENSONIVS instituit. Ille vertit: *vmbra, quae ex conuersione solis oritur:* non quidem omnino insolenti, sed tamen rariore constructione. Ego malim ἀποσκίασμα, *vmbram*, de *leuissima similitudine* explicare: q. d. non solum nulla in Deo est conuersio, sed ne conuersionis quidem vmbra et leuis similitudo. Nihil in se continet, quod annuis diurnisque solis mutationibus respondeat. Confer eadem nobiscum sentientem *I. C.* WOLFIVM in *curis ad h. l.* qui et aliorum sententias pro more dabit.

„Pro τροπῆς aliquem latinorum interpretum, quo vsus sit AVGVSTINVS, ῥοπῆς legisse, ESTIVS et ex hoc MILLIVS docent, quia AVGVSTINVS l. II. *de ciuit.* c. 21. verterit: *momenti obumbratio*. Sed pace illorum dixerim, non

Vulg. ant.
18. Volens peperit nos verbo veritatis, vt simus primitiae conditionum eius.

v. 18. Nos, qui ex Iudaeis Christiani facti sumus, praecipuam prae aliis rationem habemus, quae nos diuinam beneuolentiam agnoscere velit. Nec enim vllis nostris meritis, sed soli eius voluntati *t*) 34) et arbitrio debemus, quod 35) primos

Vulg. Hieron.
Voluntarie enim genuit nos verbo veritatis, vt simus initium aliquod creaturae eius.

„videntur satis percepisse Latinam AVGVSTINI phrasin. Τροπὴ est *Iacobo* astro„rum, solis praecipue, motus: qui AVGVSTINO *momentum* vocatur. Inter a„lios enim et hunc sensum, *momentum*, (quod est ortum ex *mouimento*) obti„nere, docebit te CICERO l. II. *de nat. Deor.* c. 46. *Astra forma ipsa figura„que sua momenta sustentant.* MICHAELIS.

V. 18. *t*) Βουληθεὶς γὰρ] Sic habent quidam codices antiqui, et versiones. Vide MILLIVM. Libertas et spontaneum amoris diuini saepe innuitur. Vide Ioh. I, 13. Eph. I, 5—12. II, 4—10. Tit. III, 4—7. 1 Petr. I, 3.

34) Βουληθεὶς] „De libero et non coacto amore fere explicant. Quid tamen? si „ita: *bene nobis cupiens*, *propensus nobis*: vt indicetur, Deum propensa esse in „nos voluntate, vt intelligi nequeat, eum nos tentaturum ad mala. Sic Latini: „*velle alicuius caussa*: i. e. fauere alicui: et, *voluntas in aliquem*. Nec infre„quens Graecae vocis idem vsus LXX. interpretibus: 2 Sam. XX, 11. „מי אשר חפץ ביואב, *si quis amicus Ioabo*, vertunt: τίς ὁ βουλόμενος „Ἰωάβ; c. XXIV, 3. למה חפץ בדבר הזה, *cur delectetur re hac?* red„dunt: ἵνα τί βούλεσαι ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ. MICHAELIS.

35) Ἀπεκύησεν ἡμᾶς ——— εἰς τὸ εἶναι ἡμᾶς ἀπαρχήν τινα] „Bene παραφράζει „BENSONIVS, explicatque de Iudaeis, qui prius, quam ethnici, euangelio vocati „et regenerati erant. Eosdem vocat Paulus, *praedestinatos secundum proposi„tum eius, qui omnia ex consilio voluntatis suae exsequitur, vt ad laudem gloriae di„uinae* PRIMI *sperarent in Christum*, Eph. I, 11. 12.

„Ἀπεκύησεν proprie est, *peperit*, *foetum ex amplexu vteri deposuit femina*. In„solentior ergo hic vsus vocis videri possit, nisi aliquid emphatici subesse cre„das, vt Deus non solum patri, sed et, cuius mollior esse solet benignitas, matri „comparetur. Sic conferendum Ies. XLIX, 15. 16. Nihil tamen adfirmaue„rim.

„*Cum ergo tanto nos, tamque singulari adfecerit Deus beneficio, summa in „nos voluntate collato; non debebimus nos Iudaei adflictiones, quae nobis grauiores, „quam gentibus, ingruunt, pro malo habere, et ex liuore quasi numinis repetere.* „MICHAELIS.

Ioh

mos nos filios *u*) nouae oeconomiae fecerit, quos *x*) non corrupto nec perituro verbi sui *y*) semine procreauit, reuelato inquam euangelio, cuius veritatem tantis argumentis evicit. Benignissime se ad nos primos vertit, vt essemus *z*) primitiae nouae creaturae *a*).

Vulg. ant.
19. Scitote, fratres mei dilecti: sit autem homo omnis velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, tardus autem ad iracundiam.

v. 19. Quapropter, dilecti fratres, tanta adepti tamque sublimia, vt aliis praelati, et primi facti simus filii Dei tempore euangelii; insigni hac bonitate victi et persuasi, patulis et citis quasi auribus verbum *b*) arripiamus veritatis, cum desiderio discendi et obediendi. Tarditas vero aliqua cauta et sapiens *c*) reuocet nos de illo loquentes,

Vulg. Hieron.
Scitis, fratres mei dilectissimi. Sit autem omnis homo velox ad audiendum: tardus autem ad loquendum, et tardus ad iram.

u) Ioh. I, 12. 13. III, 5.

x) Commate 15 habes genealogiam peccati et mortis, cui hic genealogia vitae Christianae et felicitatis opponitur.

y) Ioh. XVII, 17. Act. XV, 11. Rom. VIII, 14. X, 17. 1 Cor. IV, 15. Gal. IV, 19. Ephes. V, 9. 1 Petr. I, 22. 23. 25. Matth. XIII, 3. etc. Marc. IV, 3. etc. Luc. VIII, 11. 15.

z) *Vt essemus primitiae*] Adludere videtur apostolus ad Ierem. II, 3. Confer etiam Rom. XI, 16. XVI, 5. 1 Cor. XVI, 15. Hebr. XII, 23. Apocal. XIV, 4.

a) Κτίσματα intellige Christianos, seu nouam creaturam, formatam in Christo Iesu. Conf. Rom. VIII, 19.

V. 19. *b*) Cohel. V, 1. Sirac. V, 11.

c) Prouerb. X, 19. XIII, 3. XVII, 27. Cohel. V, 23. Sirac. IV, 29. Conspirant cum hoc praecepto apostoli et veterum Iudaeorum sapientia clarorum, prisci philosophi: *duas aures hominibus inditas, linguam vnicam*, dicentes, *eo fine, vt plus audirent, quam loquerentur. Patulas semper aures esse, et ita formatas, quasi praecepta aliorum accipere gestirent; linguam duplicata dentium acie septam, quo cautius coërceatur.* Videatur GROTIVS in h. l. et ZENO apud DIOGENEM LAERTIVM. HOMERVS amat phrasin, *ἕρκος ὀδόντων, custodia dentium*, Il. δ. 350. et ι, 409. item ξ. 83. Vltimo loco Agamemnonem Vlysses obiurgans:

 Ἀτρεΐδη,

tes, siue obtentu alios docendi, quae ipsi nondum satis intelligimus, siue disputationis et contentionis ergo. Sic et tardi simus *d*) ad iram, et lenti in significanda Christianis a nobis dissidentibus, quin et persecutoribus nostris, animi aegritudine [36]).

V. 20.

Ἀτρεΐδη, ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων;

Quae vox, Atrei fili, erupit ex custodia dentium tuorum?

Inprimis tamen respicere videtur apostolus ingenium Iudaeorum sui temporis, cuius contagio et illi, qui Christo nomen dederant, saepe infecti erant. Alios audire illis perquam molestum, audiri potius volentibus: proni vero erant ad auctoritatem aliquam arripiendam, doctorumque et Rabbinorum nomen sibi induendum. Vide Iac. III, 1. Rom. II, 19. etc. Debuissent vero promti esse ad audiendos apostolos, eosque, qui altius euangelii doctrinam inspexissent, tardi ad loquendum de illa, inprimis si in ipsorum mentes nondum alte satis descendisset.

d) *Tardi ad iracundiam*] Iudaei mirabili flagrabant cupiditate, alios ad castra suae religionis traducendi, vt, teste seruatore nostro, vel *terram et mare perterrarent, vnum proselytum facturi*, quamuis illum vera virtute non imbuerent, sed in suas modo cogerent partes concedere. Quod studium, proselytos faciendi, si optato successu destitueretur, probabile est, grauiorem adfectum iramque in illos concepisse, quibus sua persuadere non poterant. Non ergo Christiani ex Iudaeis illorum similes esse debebant, sed tardi ad iram. Prouerb. XIV, 16. 17. XVI, 32. Cohel. VII, 8. 9. Sirac. I, 21. 22. 23. Matth. V, 22. Rom. XII, 18. etc. Gal. V, 20. etc. Eph. IV, 31. Col. III, 8. 15. Iac. I, 21. 26. III, 13.

36) „Eandem, quam auctor habet explicationem, tradit etiam *Daniel* WHITBY „in commentario ad h. l. eamque fusius edisserit. Abrumpit tamen filum ser„monis, et ea ab apostolo dici perhibet, quae ad antecedentia nihil faciunt. „Nullam hactenus vocem miserat apostolus, de docendi pruritu, aut disputatio„num acrimonia. Mirum ergo, si statim in hanc materiam delabatur, quam ta„men alio loco c. III. tractaturus esset. En tibi connexionem veriorem. Iaco„bus vetuerat, *ne praecipiti iudicio Deo caussam et culpam tentationum adflicti tri„buerent*, v. 13. 14. 15. quod praeceptum confirmauerat *ex summa Dei bonitate*, „*et qua omnes* v. 16. 17. *et qua Iudaeos prosecutus esset*. Ex quo ipso argumento „iam noster versus consectarium elicit, indice particula ὥστε: quod consectarium „non facile credendum est, prorsus nouam, nulloque cum versibus 13. 14. „15. gradu coniunctam rem continere, sed ea, quae thesin probandam v. 13. „14. 15.

Vulg. ant.
20. Iracundia enim viri iustitiam Dei non operatur.

v. 20. Quamuis enim acerbior pro veritate zelus, et indignatio contradicentibus significata, vtilis vobis videri possit: certum tamen et exploratum est, animi perturbationem iramque hominum nihil conferre ad eam iustitiam, quam Deus requirit promouendam *e*) 37).

Vulg. Hieron.
Ira enim viri iustitiam Dei non operatur.

V. 21.

„14. 15. arcta cognatione contingant. Erit ergo λαλῆσαι, idem quod v. 13. „λέγειν, ὅτι ἀπὸ τοῦ Θεοῦ πειράζομαι, oppositumque ἀκοῦσαι, praecepta euangelii, „quae patientiam rebus aduersis suadebant, beneuolis auribus accipere. Sensus „ergo hic fere erit:

„*Cum tanta nobis Deus beneficia praestiterit, omnisque boni auctor nobis existat, „nolite leues esse ad loquendum duriora, et ipsi quasi crimina conflanda. Custodi„am potius ori adponite, ne inconsultae in Deum voces erumpant. Audite vero, „si qui ex doctrina euangelii ea vobis suadent, quae ego supra suasi.*

„Iram vero, ad quam tardi esse debemus, eiusdem generis esse intelligo, quae „non hominibus, sed ipsi Deo, tentationes et tristia permittenti, irascatur. Ea„dem ergo huius loci sententia, quae Psalmi XXXIX, incautos sermones iram„que in Deum sub adflictione prohibentis. Sic ibi vates sacer v. 2. *Dixi: custo„diam vias meas a peccando, custodiae loco adponam capistrum ori meo, dum adhuc „impius* (florens) *est coram me;* ego vero oppressus iaceo. Et v. 4. *Incaluit cor „meum in medio mei, inter meditandum exarsit mihi ignis: quin* LOCVTVS *sum „lingua mea.* Totus etiam Psalmus LXXIII conferri meretur. Quod minus ob„seruatum interpretibus, hoc et sequentia commata, vsque ad finem capitis, ob„scuritate aliqua perfudit.

„Caeterum pro ὥστε in initio huius versus nonnulli codices legerunt ἴστε, „*scitote*, quo in numero est Alexandrinus, et Barber. I. teste MILLIO. AVGV„STINVS et BEDA eandem lectionem habuerunt, transtulitque etiam *Coptus*. „Ex hac lectione vtraque *versio latina*, et prisca, et post HIERONYMVM vsitata, „hausta est. Cum tamen plurimi codices Graeci ὥστε legant, cum reliquis ver„sionibus; non habemus, cur a recepta lectione recedamus. MICHAELIS.

V. 20. *e*) *Ira hominis non perficit iustitiam Dei.*] Hoc apostoli praeceptum multi ex Christianis aut non crediderunt, aut deleuerunt obliuione. Quoties enim sententiam, quam veram putabant, aut castissimas (vt sibi videbantur) religiones, dissentientibus nec conuictis, vi maloque persuadere conati sunt? Cum tamen ira hominis animum alterius illuminare nequeat. Ratio et argumenta iudicia hominum vincunt, et ad alias sententias traducunt. Ira nostra, si adsit potentia, atheos aut hypocritas illos reddet, cogetque ea profiteri ore, quae pectore

Vulg. ant.
21. Et ideo exponentes omnes sordes et abundantiam malitiae, per

v. 21. Quapropter exuentes cupiditatis inquinamenta *f*), illumque malitiae *g*) excessum, quo imprudentia zeli erga alios vsi estis, man-

Vulg. Hieron.
Propter quod abiicientes omnem immunditiam, et abundantiam in

fueto

re negant: id est, peccatum loco iustitiae Deo placentis creabit. Religio et pietas esse debet sponte et consilio suscepta; nec placet Deo, nisi linguae perpetuus comes haereat animus.

Incrementa etiam, quae ira efferi zeli creditu maiora capere solet, a primo statim limine omnes bonos reuocare debent. Qui enim dissentienti irascitur, facile famam eius verbis laedet; et (vt solemus vitiis ad vitia descendere) repulsis argumentis suis vi vtetur, ad existinguendam aduersarii sententiam, siue ipse tantum potentia valeat, siue magistratus aut plebis animos incitare possit. Omnes persecutiones in ecclesia Christi hos natales habuerunt; bona fisco addicta, carceres, exilia, tormenta, triremes, inquisitiones, atrae faces et ignes: minora enim mala cum non essent vincendis haereticis, ad maiora deuentum.

37) Ὀργὴ γὰρ ἀνδρὸς δικαιοσύνην Θεοῦ οὐ κατεργάζεται] „Quae hic ira intelligatur, „modo diximus, non in homines concepta, sed Deo ipsi subirascens. Vnde „cum his, quae BENSONIVS attulit, facere non possumus. Si tamen id ex vul„gari explicatione retinendum, vt comma vertamus: *non efficit iusta coram Deo*, „seu, *iustitiam Deo placentem*: minus dicetur, maius intelligetur, hoc nempe: „*ira hominis quam maxime peccat.* Nec tamen vereor, ne talis litotes multum „venustatis habere lectoribus videatur.

„Vnde in hanc incidimus cogitationem: per *iustitiam Dei*, non intelligi „*opera hominum pia, Deo placentia*, sed *iustitiam Dei iudicis, tribuentem praemia* „*et poenas repetentem.* Iam homines, qui prouidentiae numinis, adflictiones „bonorum, malorumque prosperos successus permittenti, irascuntur; iustitiam „quasi Dei exsequi sibi videntur. Id placere sibi putant, quod iusto iudici Deo „placere debeat. Hoc vero negat apostolus: *quamuis hi iracundi magnopere sibi* „*iusti videantur, non tamen ira illorum ea facit, quae iustitiae Dei congruant.* „Hanc saltem coniecturam iudicio lectoris exponimus, clariora et limpidiora, si „quis monstrauerit, ambabus recepturi. MICHAELIS.

V. 21. *f*) Rom. XIII, 12. 13. Col. III, 5—8.

g) Περισσείαν κακίας] Eleganter et perspicue hoc vocabulum adludere videtur ad Hebraicum ערלה Genes. XVII, 11. quod proprie *superfluum* denotat 38), ibique *praeputio* designando adhibetur, quod tanquam superfluum quiddam resecandum erat in circumcisione. Monebantur hoc ritu Iudaei, circumcidere corda sua, resecando excessus adpetituum et adfectuum. Vide Leuit. XXVI, 41. Deut. X, 16. XXX, 6. Ierem. IV, 4. IX, 26. Ezech. XLIV, 7. Act. VII, 51. Rom. II, 25—29. Phil. III, 2. 3.

Non

Vulg. ant. clementiam excipite genitum verbum, quod potest

sueto et *b*) docili animo tenete euangelii doctrinam, hucusque in animis vestris plantatam 39),

Vulg. Hieron. mansuetudine suscipite insitum verbum, quod quae

Non poterat vlla oratione grauitate Iudaeis maior proponi et vrgentior necessitas, excessus adfectuum et prauorum adpetituum exuendi, eo fine, vt ad puram Christi veritatem attenderent eamque reciperent.

38) „Coniectura auctoris, ערלה cum περισσεία conferentis, vnde nata sit, omnino „non video: nisi forte ex COCCEII *lexico* hauserit, qui ad vocem ערל „scribit: *praeputiatus, habens aliquid abundans et inutile:* sed et haec COCCEII „mera coniectura, quam nullo, ne leuissimo quidem, argumento firmauit; e„gitque pro more lexicographorum, qui primos significatus, quos ignorant, au„dacter fingunt. De quo malo legendus clarissimus *Alb.* SCHVLTENS in *de*„*fectibus linguae Hebr.* et *Originibus Hebr.* l. II. c. VII. Vnde nolim cum aucto„re nostro adfirmare, ערלה *superflui* quid designare; quamuis primum eius „significatum, quem esse credimus, hic eruere non liceat. Id vnum addo, a „LXX interpretibus, quorum colore stilus noui foederis vbique tinctus, ערלה „nunquam περισσείαν reddi.

„Ad rem ipsam properamus. *Ira in Deum, tentationes permittentem,* vo„catur hic περισσεία κακίας, id est, nisi fallimur, RELIQVIAE *malitiae.* Non „ipsa malitia in animis Christianorum libero quasi gressu vagatur: supersunt ta„men aliqua eius vestigia, et residet contagium purgandum. MICHAELIS.

b) Ps. XXV, 9. Ies. LVII, 15. LXI, 1. 1 Cor. II, 14. III, 1—4. Iacob. III, 13. 1 Petr. II, 1. 2.

39) Ἐν πραΰτητι δέξασθε τὸν ἔμφυτον λόγον] „Difficile comma, quod adcuratius „enodandum. Et quidem

a) „primo ἔμφυτος ille λόγος satis vexauit, et suspensos tenuit interpretes. Cum „nihil de illo in notis habeat noster, adscribemus *Danielis* WHITBY cogitata, „lectoribus, vt speramus, non iniucunda. Sic ille: OECVMENIVS *intelligit ra*„*tionis lumen, quo mala a bonis distinguimus. De illo vero non dixisset apostolus,* „QVOD POTEST SALVARE ANIMAS VESTRAS. *Potius cum apostoli praeco*„*nesque fidei* φυτεύειν PLANTARE *dicantur verbum in auditoribus suis,* 1 Cor. „III, 6. 7. 8. ἔμφυτος λόγος *is esse videtur, quem doctores in cordibus credentium* „*plantarunt, quem* BARNABAS *vocat* τὴν ἔμφυτον δωρεὰν τῆς διδαχῆς αὐτοῦ „§. XI. p. 6. *Sic, qui Iudaeis praelectam explicabant legem, dicuntur* ἐμφυσιοῦν „ἅμα τὴν ἀνάγνωσιν, implantare praelecta cognitioni, *Ezrae* IX, 48. 55. *Obii*„*ciunt quidem huic explicationi, hunc sermonem dici debere non* ἔμφυτον, *sed* ἐμ„φυτευθέντα. *Cum tamen* νόμος ἔμφυτος *sit lex a Deo cordi implantata, minu*„*tam istam grammaticorum regulam sensum voci datum euertere vix credo, inpri*„*mis,*

Vulg. ant. saluare animas vestras. | quae vos saluare potest *i)*. V. 22. | Vulg. Hieron. potest saluare animas vestras.

„*mis, si cogitaueris, sordes et malitiam, teste apostolo, ante exuendas esse, quam* „λόγον ἔμφυτον *mansuete recipere possis, ex quo id saltem adparet,* λόγον ἔμφυτον „*non a natura in nobis esse.* Hactenus WHITBYUS. Hoc unum addiderim, „quod interpretibus non obseruatum esse miror: phrasin, λόγος ἔμφυτος, non „a re hortensi desumtam, vt fere arbitrantur, sed a paxillis. Redde: *verbum* „*infixum, summa mente alte repostum.* Confer ad illustrandam phrasin Salo„monaeum illud Cohel. XII, 11. λόγοι σοφῶν ὡς τὰ βούκεντρα, καὶ ὡς ἭΛΟΙ „ΠΕΦΥΤΕΥΜΕΝΟΙ. Elegans phrasis, quae verba alte animo haerentia „clauis, iam etiam telis aut spiculis comparat, de qua non incommode disse„rit VITRINGA ad Iesaiae c. XLIX, 1. *posuit me in telum electum*, citans il„lud de Pericle dictum,

καὶ μόνος τῶν ῥητόρων
τὸ κέντρον ἐγκατέλειπε τοῖς ἀκροωμένοις.
et oratorum solus
spiculum reliquit auditoribus.

„*Verbum* vero hoc non dicitur πεφυτευμένον, in participio, *aliquando seu olim* „*infixum*, sed nominaliter, ἔμφυτον, *infixum adhuc haerens.*

b) „Adparet, credo, quis sit hic ἔμφυτος λόγος, ipso duce contextu. Lumen et „vocem rationis intelligi bene vetabat WHITBYUS. Intellexerunt alii nescio „quod portentum congeniti nobis interni verbi, quod tamen a ratione diuer„sum sit. Quibus iam non opponam, altum de hoc verbo in sacris litteris ali„bi esse silentium, experientiam quoque illud refellere. Id vnum vrgeo, λό„γον Iacobi ἔμφυτον *recipiendum* esse, et quidem, collato commate sequenti, „ita recipiendum, vt illius non solum existas *auditor*, sed et *factor*. Erit er„go sermo de *verbo, quod auditur.* Est verbum euangelii, eiusque prae reli„quis illa particula, quam hactenus inculcauerat Iacobus: *tentationes forti a-* „*nimo subeundas, quin pro insigni benignissimi numinis munere habendas.* Cae„terum Syriaca versio huius commatis mira satis est, et in sensum heterodo„xum facile flectenda: ܡܠܬܐ ܕܢܨܝܒܐ ܒܟܝܢܢ *verbum, quod plantatum* „*est in natura nostra.* Possis hoc ita accipere, ac si congenitum quoddam no„bis verbum intellexerit Syrus, inprimis, cum catholicae epistolae serius, iam „ingruente errorum cohorte, Syriaco idiomate donatae sint. Sanam tamen „sententiam admittit, si intelligas *verbum, ita vobis infixum, vt boni et felicis* „*rami instar vestrae naturae insitum videatur.* Qui pulcher omnino sensus.

c) „Ἐν πραΰτητι δέξασθε, opponitur irae hominum. Huic verbo meliora sua„denti non subirasci debebant, sed potius illud mansueto et humili animo re„cipere. MICHAELIS.

i) Matth. VII, 21. seqq. Act. XIII, 46. Rom. I, 16. II, 13. 1 Cor. I, 21. XV, 1. 2. Eph. I, 13. 2 Tim. III, 15. Tit. II, 11. Hebr. II, 3. 1 Petr. I, 9. V. 22.

Vulg. ant.

22. Estote autem factores verbi, et non auditores tantum 41), aliter consiliantes.

v. 22. Nec tamen sola doctrina credenda vobis erit, sed et vita ad praecepta religionis christianae adcommodanda *k*). Qui enim praecepta audiunt euangelii, nec tamen illorum recordationem ita in promtu habent, vt illis obediant, solo auditu contenti grauiter errant 40) *l*).

Vulg. Hieron.

Estote autem factores verbi, et non auditores tantum, fallentes vosmet ipsos.

23. Quia, si quis auditor verbi est, et non factor, hic est similis homini respicienti faciem natalis sui in speculo:

v. 23. Si quis enim audiat euangelium, eiusque pulcritudine tanquam prudentis cuiusdam commenti delectetur, nec tamen praecepta eius moribus exprimat; similis est homini 42) imaginem vultus sui in speculo contemplanti:

Quia, si quis auditor est verbi, et non factor, hic comparabitur viro consideranti vultum natiuitatis suae in speculo:

V. 24.

V. 22. *k*) Matth. VII, 21. 24. Luc. VI, 46. XI, 28. 1 Ioh. III, 7. Rom. II, 13.

V. 23. 24. *l*) *Estote factores verbi, nec auditores tantum.*] Matth. VII, 22. 23. 26. 27. 28. Luc VI, 47. etc. Rom. II, 13. etc. Vrgebant forte, credidisse Abrahamum, et hoc illi iustitiae loco imputatum esse: nec ergo opus esse, vt factores verbi essent, modo illud crederent et libenter audirent. Vide c. II, 14. seqq.

40) „Cuius generis fuerint homines, qui se ita decipiebant ipsi, apostolus non „clarius edisserit. Communis sententia fert, *Paulli doctrina de sola fide saluante* „*abusos esse.* Quod equidem non negauerim. Id tamen minime omittendum, „ipsis Iudaeis sedisse tradititios ac priscos errores, de solo legis auditu, quamuis „absit obedientia, beante: quem errorem ipse *Paullus* acrius etiam oppugnat „Rom. II, 1—4. seu toto potius illo capite. Notum quidem, quantum legis „studio tribuant, obedientia licet destituto, vt vel illi, qui legis volumen de„scripserunt, fini libri nomen suum subiicere soleant, addito: *bene hac de caussa* „*mei memineris, Deus.* MICHAELIS.

41) „*Aliter consiliantes*] Sic reddidit vetus itala illud παραλογιζόμενοι ἑαυτούς, ob„scurius, et nimis ad litteram. Sanam tamen subesse existimamus sententiam: „ALITER *consiliantes* interpreti sunt *praue et aliter, ac fas est, cogitantes*; eaque „versione exprimere studuit emphasin Graeci παραλογίζεσθαι, seu λογίζεσθαι „παρ' ὃ δεῖ. MICHAELIS.

42) Τὸ πρόσωπον τῆς γενέσεως αὐτοῦ] „Difficilius dictu, quid sibi velit γενέσεως vo„cabulum. Syrus omnino omittit, cuius omissionis caussam non a varia lectione „peto, sed inde, quod vocem non intellexerit, vel redundare putauerit.

„Quid

Vulg. ant.
v. 24. Adſpexit ſe, et receſſit, et in continenti oblitus eſt, qualis erat.

v. 24. Cuius oculi quamuis in ipſius imagine haereant, dum ſpeculum intuetur, tamen ſimulac diſceſſerit, inanis illa et fallax forma euaneſcit, et quidquid ex illa menti oberrabat, promta ac parata obliuione deletur [43]).

Vulg. Hieron.
Conſiderauit enim ſe, et abiit, et ſtatim oblitus eſt, qualis fuerit.

V. 25.

„Quid velit ſibi illud italicae verſionis: *faciem natalis ſui*, aeque obſcurum. „WOLFIVS in *curis* ad h. l. ſcribit: *eſt forma vultus natiua*, *quam alia Grae-* „*corum voce* γνησίαν *dixeris*. Quid vero quaeſo ad rem, in ſpeculone videat ge- „nuinam ſuam faciem, an vero deturpatam anfractu aliquo ſpeculi? Redundaret „in oratione Iacobi vocabulum, ſi ita intelligendum. HAMMONDVS adfert, „olim ſibi viſum eſſe, πρόσωπον γενέσεως eſſe poſſe *ſchema natiuitatis* aſtrologis „decantatum; quam tamen opinionem iure damnat. Quis enim thema ſuum „genethliacum ex ſpeculo petet? Subſtituit ergo, *faciem naturalem*, *quae laruae* „*oppoſita ſit*: nam et laruam Graecis πρόσωπον audire. Ieiune ſatis! nec enim „quiſquam lectorum de larua in ſpeculo contemplanda cogitaſſet, quamuis voca- „bulum γενέσεως omnino abeſſet. Vult ergo CLERICVS vultum, qualis natura „ſit, opponi fucato. Quid vero ad rem ab apoſtolo tractatam, ſi caueant, ne „lector fuco illitam faciem intelligat?

„Mirum, vel eruditiſſimos homines ea non videre, quae in promtu poſita „ſint, praeſertim, ſi vſu maxime trita verſio biblica eos docere recta poſſit. „Idem et hic vſu venit. Γένεσις apoſtolo eadem, quae φύσις, *natura*: quae vo- „cabula ſimillimae ſunt ſignificationis, ſi deriuationem ſpectes. Erit ergo πρό- „σωπον γενέσεως *facies naturalis*, in quo plurimi conſentiunt. Haec vero oppoſi- „ta eſt *vultui* quaſi *morali*. Comparat apoſtolus *illum*, *qui indolem et quaſi for-* „*mam animi ſui verbo diuino explorat*, *ex illoque diiudicat*, homini naturalem fa- „ciem contemplanti. Quo accuratius ergo diſtinguas ſimile, idque quod huic „comparatur, in ſimili ſcribit, πρόσωπον γενέσεως. Optime expreſſit B. LVTHE- „RVS: ſein LEIBLICH Angeſicht.

„Quae alii ad hoc comma prodiga ſatis manu de ſpeculis aureis, aeneis, vi- „treis adferunt, cum Iacobo nihil omnino lucis adfundant, apud ipſos legi ve- „lim. MICHAELIS.

43) „Comparatur ergo merus euangelii auditor homini, ſpeculum ſine vllo fructu „intuenti. En tibi comparationis quaſi neruos:

α) „Euangelium, dum hominem naeuos animi docet, „ſpeculi ſimilitudinem „habet.

β) „Homo, qui euangelium audit et meditatur, non poteſt non ex illo ali- „quos animi ſui naeuos intelligere: in quo ſimilis eſt homini, faciem cor- „poris in ſpeculo contemplanti, eiusque naeuos diſcenti.

γ) Me-

Vulg. ant.
25. Qui autem respexit in legem consummatam libertatis, et perseuerans non audiens obliuionis factus, sed factor operum: hic beatus erit in operibus suis.

v. 25. Ille vero, qui diligenter et curate euangelium intuetur *m*), (perfectam illam vitae morumque regulam *n*), licet a iugo legis cerimonialis immunes nos praestet;) qui, inquam, attente perfectam gratiaeque plenam intuetur euangelii reuelationem, a spiritu seruitutis nos liberantem, et in gloriosam libertatem filiorum Dei vindican-

Vulg. Hieron.
Qui autem perspexerit in legem perfectam libertatis, et permanserit in ea, non auditor obliuiosus factus, sed factor operis: hic beatus in facto suo erit.

l) „Merus auditor euangelii non curat vitia animi sui, nec illa corrigit, adeo„que sine vllo vsu euangelium meditatus est: stolidum hominem ad vnguem „referens, qui speculo inhaereret, nec tamen, obliuiosa desidia retractus, „maculas vultus sui elueret. MICHAELIS.

V. 25. *m*) Ὁ δὲ παρακύψας, q. d. *inclinans caput, vt quid exactius perspiciat.*] Verbo hoc vtuntur euangelistae de discipulis incuruatis, quo adcuratius inuestigarent, quae in sepulcro domini contigissent, vt primum rumor de resurrectione Christi crebrescere coeperat, Luc. XXIV, 12. Ioh. XX, 5. 11. Similitudo tamen, quae hic animo apostoli inerrabat, proxime accedere videtur ad Petrinum illud, 1 Pet. I, 12. *quae angeli incuruati perspicere cupiunt.* Planissima est *Petri* adlusio ad inclinationem *Cheruborum*, seu angelorum, arcae foederis in templo Iudaico impositorum. Arca quidem depositas seruabat binas tabulas, foederis instrumentum: quam tegebat propitiatorium, seu quadrum crassius aureum, ea, quae arca continebat, adspectui eripiens: imminebant duo angeli, facie ad arcam conuersa, et capite inclinato, quasi inuestigaturi, quid in arca inesset, Exod. XXV, 20. Hanc curiosae diligentiae imaginem transfert apostolus ad informandum quasi verum et feruidae mentis Christianum, euangelium contemplantem et inuestigantem, vt intelligat illud et viuendo imitetur: oppositum illum quidem, remissioris animi Christiano, qui similis fit homini faciem suam a speculo repercussam per transennam quasi adspicienti, statimque quid viderit, alia dum cogitat, obliuione delenti. Eximii fructus, quos ex adcurate considerato euangelii speculo percipimus, habentur 2 Cor. III, 18. 44).

44) „Nempe qui faciem suam ex speculo adcuratius nosse cupit, opus habet παρακύψαι. Non debet eminus stare, sed propius ad speculum accedere, caputque „ad illud inclinare et quasi adplicare. MICHAELIS.

n) *Perfectam legem libertatis*]. Iacobus hanc legem *perfectam* vocans, innuit, non opus esse, vt legi christianae quidquam Mosaicae legis addatur: legem enim christianam solam sine hoc adsumento perfectam esse. Legem vero *libertatis* dum adpellat, quasi aliud agendo significat, legem ceremonialem aduentu Christi abrogatam, illosque per religionem Christi ab omni huius legis nexu immunes esse. Odiosas tamen has veritates altius fixae in animis oppugnabant opiniones

cantem; ille [46]), perseuerantiam adhibens, nec audita aut lecta negligens, sed memoria tenens ac faciens,

niones praeiudicatae, vt *nonnisi innuere illas liceret*, nisi finem scriptionis suae negligere, idque perficere vellet apostolus, vt totam eius epistolam spernerent.

Longo temporis tractu illi ipsi apostoli, quibus Iudaei ad Christum conuertendi tanquam prouincia obuenerant, hanc partem euangelii ferre non poterant: nec facile dixerim, caelestine monitu, an ex *Paulli* sermonibus illam tandem didicerint. Iam, quae ipsi apostoli intelligere non poterant, ea a laicis obruta esse praeiudicatis opinionibus, neutiquam mirum. Euangelium *legem libertatis* iterum vocat apostolus c. II, 12. Expressius tamen *Paullus* euangelium legi Mosaicae praetulit 2 Cor. III, 6. seqq. Gal. III, 23. seqq. IV, 21. seqq. V, 1. 2. 3. Hebr. VII, 19. IX, 9. legemque abrogatam dixit Eph. II, 14. seqq. Coloss. II, 14. seqq. Hebr. VIII, 7. seqq. Vide, quae scripsimus in libello, *de abrogata lege cerimoniali (Essay, concerning the abolishing the ceremonial Law)* inprimis pag. 73. Succurrit et alia ratio *libertatis* a *Iacobo* commemoratae: lex quippe, duram imponens seruitutem, et rigida in homines exercens imperia, *spiritum seruitutis* procreabat: sed leue iugum euangelii, huiusque ingens comitas, *spiritum amoris et filialis* perficit *libertatis*. Id quod *Paullus* saepe significauit, Rom. VIII, 12—17. Gal. IV, 22. etc. Hebr. XII, 18. etc. 45).

45) „Per *legem perfectam libertatis* intelligi euangelium, prorsus non dubito, et „*Paulli* loca conferens, quae noster citat, et eas prisci foederis voces, quibus lex „Mosaica toties totiesque עבודה, *seruitus* seu *seruile ministerium*, vocatur, vt „adeo lex libertatis audire non possit. Hoc tamen euangelii nomine adhibito „*Iacobum* illis contradicere velle, qui legis Leuiticae necessitatem vrgebant, mihi quidem minus probabile videtur. Tota enim epistola non tam illos arguit, „qui nimis vrgebant legis doctrinam: sed Iudaeos hos potius, qui auditam a „*Paullo* euangelii doctrinam ita peruertebant, vt relicto pietatis studio sola se „fide saluari posse confiderent: teste capite secundo. Ergo potius hi homi„nes multa mihi gloriati videntur de *libertate euangelii*, et pulcrum nomen *le„gis libertatis* identidem ingerentes, illo oppugnasse studium pietatis, eamque „ipsam, quam euangelium requirit, obedientiam. Eandem ipsam vocem loquen„tium ab ore eripit, premitque, apostolus. *Non se negare* dicit *libertatem euan„gelii: sed huius legis libertatis, huius, inquam, ipsius euangelii non auditores solos, „sed et factores requiri.* Caetera BENSONII praestantia sunt. MICHAELIS.

46) Παραμείνας] *huic nempe euangelii speculo.* „Opponitur viro confestim abeun„ti, v. 24. Is qui meditatur euangelium, eiusque recordationem in promptu habet, videtur huic quasi speculo euangelii semper inhaerere. Quae „sententiae elegantia fugit B. LVTHERVM, vertentem, beharret darin, vt et „Anglum, *continueth therein*: pro, beharret davor, et *continueth before it*. „MICHAELIS.

o) Prou.

ciens, insignem *o*) benedictionem hac sua factione [47]) consequetur.

Vulg. ant.

26. Si quis autem putat, se religiosum esse, non infraenans linguam suam, sed fallens cor suum,

v. 26. Si quis *p*) vero bonae sibi indolis Christianus videatur et pius, hoc vnico argumento, quod de rebus sacris sermones ferat *q*), fraena tamen laxat linguae, vt in sermones euagetur profanos, impuros,

Vulg. Hieron.

Si quis autem putat, se religiosum esse, non refraenans linguam suam, sed seducens cor suum, huira-

o) Prou. VIII, 32. Matth. VII, 21. Luc. XI, 28. Ioh. XIII, 17. Apoc. XXII, 14.

47) *Μακάριος ἐν τῇ ποιήσει αὐτοῦ ἔσται*]. „Vocabulum *μακάριος* BENSONIVS reddit: „*insignem benedictionem consequetur: Shall be remarkably blessed.* Nempe non solam vitam aeternam, sed et huius vitae bona spiritualia designari putat; fauo„rem Dei, spiritus sancti dona: nec tamen vitam aeternam excludit. Bene „egisse illis videbitur, qui vel Domini nostri *μακαρισμοὺς* Matth. V, 3 — 11. „cogitauerint. Nec tamen haec apostoli sententia obstat doctrinae, de gratia „Dei et beatitudine ex sola fide consequenda. *Beati* omnino euadimus *non audi„tione*, sed *factione*: i. e. *hoc in ordine salutis, vt faciamus, quae audiuimus.* Ac„cedit, quod haec *factio* non opponatur *fidei*; est enim *factio*, *non legis Mosaicae*, „*sed legis libertatis, id est euangelii: atque adeo* IPSISSIMA FIDES *cum fructibus* „*suis*. Opponitur soli auditui. Doctrinam de fide non audire modo debes, sed „et facere: *facere corde tuo et ore tuo*, teste *Paullo* Rom. X, 8 — 10. collato „Deut. XXX, 14. obedientiamque illi praestare, quam *ὑπακοὴν πίστεως* idem „*Paullus* vocat Rom. I, 5. Bene ergo elegit apostolus illam vocem, qua hic „vtitur: non dicit, *ἐν τοῖς ἔργοις*, quod vocabulum operibus legis fere pro„prium est, sed *ἐν τῇ ποιήσει, in factione*. Quem singularem numerum recte imi„tatur Syriaca versio, ܒܥܒܕܗ, LVTHERVS in seiner That, Anglus, *in his* „*Deed.* Male vero *Itala* in plurali, *in operibus suis*. MICHAELIS.

V. 26. *p*) Voculae *ἐν ὑμῖν* in pluribus codicibus et versionibus antiquis desiderantur. Vide MILLIVM. Sententia sine dubio latius patet illis omissis 48).

48) „Confer WOLFII *curas ad h. l.* et *Dan.* WHITBYI *examen Millii*: qui voculas „defendunt, et pro illis citant parallelismum dictionis 1 Cor. III, 18. Iac. III, 13. „IV, 1. V, 13. 14. 19. MICHAELIS.

q) *Μὴ χαλιναγωγῶν τὴν γλῶσσαν —— τούτου μάταιος ἡ θρησκεία*] Ps. XXXIV, 13. XXXIX, 1. 1 Petr. III, 10. Iudaeorum bona pars procliuitate ad imprecationes, et iracundia mordacis linguae laborabant. Quin commune omnibus fere gentibus vitium, dissentientibus graues errores et pestilentia consilia imputare, mores illorum atro carbone notare, suasque ornare partes et sectam. Nec tamen his artibus Christi doctrina frigidam suffundit: sed qui hac licentiosa libertate errare et vagari sinit linguam suam, nomen pii hominis (teste euangelio) sustinere

Vulg. ant. huius vana est religio.

iracundos, mordaces, aliisque contaminatos vitiis [50]): ille animam suam ipse decipit, omnisque eius religio ac pietas vana nulliusque momenti est Deo iudice.

Vulg. Hieron. ius vana est religio.

27. Religio autem munda et imma-

v. 27. Pietas r) vero pura et reprehensionis expers, ex sententia Dei

Religio munda et immaculata apud patris-

nere non potest. Nec Deo acceptus est; nec optabilem pietatis finem adsequetur 49).

49) „Liceat mihi ab auctore discedere. Si hic a iurandi, calumniandi, aut ob-„iurgandi excessu apostolus reuocaret suos, nimium eius dilaberetur oratio. „Connexionis filum seruans, intelliges *licentiosa in Deum verba*, qualia erant illa „v. 13. Πειράζομαι ἀπὸ τοῦ Θεοῦ. Sensus erit clarissimus: *si quis pium se credit*, „*et tamen tantum linguae permittit, vt licentiosa verba in Deum euomat, qualia* „*nonnulli ex vobis adflictionibus exacerbati protulerunt, eius pietas vana est.* Mi-„ror, interpretes clare satis pressa vestigia huius explicationis in oratione *Iacobi* „non intellexisse. Haec sibi respondent:

„Versu 13. Λέγειν ὅτι ἀπὸ τοῦ Θεοῦ πειράζομαι.
„Versu 16. Πλανᾶσθαι.
„Versu 19. Λαλῆσαι, *seu promtum esse ad loquendum.*
„Versu 26. Μὴ χαλιναγωγεῖν γλῶσσαν αὐτοῦ. MICHAELIS.

V. 27. r) Θρησκεία, *pietas* seu *religio*, vt plurimum *cultum Dei* denotat. Hic tamen sensu latiore adhibetur, illud officium complexa, *vt orphanos viduasque in adflictione sua visitemus, et nos puros ab inquinamentis mundi seruemus.* Quod ita habe:

Honeste agere, ideo quia honesta rationi et naturae sunt consentanea: *virtutem* proprio vocabulo adpellamus.
Eadem honesta perficere, et virtutem colere, propter voluntatem Dei: *pietas* seu *religio* vocatur.
Honeste agere propter voluntatem Dei, quatenus eam ratio cognoscit: *religio* est, seu *pietas naturalis.*
Idem si facias propter voluntatem Dei reuelatam in euangelio: *christiana* erit *pietas*, seu *religio.*

Hanc vero dicit apostolus: eamque vocat *puram pietatem et immaculatam coram Deo et patre Christianorum.*

50) „*Ille animam suam decipit.*] Leuiusculum erratum in versione BENSONII. „Ἀλλ' ἀπατῶν τὴν καρδίαν αὐτοῦ omnino ad subiectum, non ad praedicatum (vt „fecit noster) referendum. Praedicatum a subiecto clarissime vocula τούτου „distinguitur, quae nostrum comma subsequitur. Sensus ergo: *si quis se pium* „*credit,*

Vulg. ant.
culata apud Dominum, haec est: visitare orphanos et viduas in tribulatione eorum; seruare se sine macula a seculo.

patrisque nostrum omnium, haec est [51]): orphanos et viduas, aliosque adflictos inuisere *s*), vt eos solatio et auxilio leuare possis. In quo tamen cauendum, ne in suspicionem lasciuae consuetudinis venias; et curandum, vt purum te serues ab sordibus impii mundi *t*) [52]).

Vulg. Hieron.
Deum et Patrem, haec est: visitare pupillos et viduas in tribulatione eorum, et inmaculatum se custodire ab hoc seculo.

SECTIO

„*credit*, *non fraenans linguam*, *sed se ipse seducens*, *eiusmodi nempe erroneam fo*„*uendo et deceptricem cogitationem*, *ac si Deus ad mala seducat*: ILLIVS *pietas vana* „*est*. MICHAELIS.

51) Ἐπισκέπτεσθαι ὀρφανοὺς καὶ χήρας ἐν τῇ θλίψει αὐτῶν] „Mira descriptio reli„gionis non fucatae: vera quidem, sed de qua non statim adparet, quod huius loci „sit, ac scopo apostoli, et connexioni antecedentium congruat. En tibi nostram „coniecturam! Videtur nobis *adflictio ob Christum* (θλίψις διὰ Χριστόν) intelligi. „Sic et hoc comma pertinet ad materiam toto capite pertractatam: *adflictiones* „*quomodo subeundae sint*? In quo illud inprimis nostri est officii: *alios adflictos non* „*deserere timore crucis*; *iuuare illos*, *solatio*, *colloquiis*, *auxilio leuare*, *quamuis* „*ipsi tibi mala inde et odia existere possint*. Hoc est, quod iam agit apostolus. Ea„dem pietatis documenta a Iudaeis Hellenistis petit, quae in Hebraeis *Paullus* lau„dabat Hebr. X, 33. 34. Eaque vult exerceri non solum erga diuites, sed et „viduas atque orphanos eadem comitate tractari, sine vllo personarum respectu. „Hinc et sequentis capitis oratio leui quasi et aequabili alueo fluet. MICHAELIS

s) Iob. XXXI, 16—23. Ies. I, 16. 17. X, 1. 2. LVIII, 6—10. Sirac. IV, 8. 9. 10. VII, 35. Matth. XXV, 36. 40. Iac. II, 15. 16.

t) Ioh. XVII, 14. 15. Iac. IV, 4. 1 Ioh. II, 15. 16.

52) Ἄσπιλον ἑαυτὸν τηρεῖν ἀπὸ τοῦ κόσμου] „Per *κόσμον* intelliguntur *res mundi* „*huius perituri et opes*, vt saepissime: de quo vocis vsu alibi plenius, Deo dante, „agemus. Tota ergo phrasis significat: sanctum te atque immunem seruare ab „auaritia, et stulto rerum huius mundi amore, ita, vt opes mundi huius, si exi„gat amor euangelii, abiicere paratus sis, bonorumque tuorum direptionem „gaudens exspectes, vt illi Hebraei, de quibus Hebr. X, 34. *Paullus* testatur. „Sic orationi nexus constabit. MICHAELIS.

SECTIO III.

Cap. II, 1—13.

CONTENTA.

53) Vituperat apostolus, quod siue honorifice siue contemtim de aliis iudicantes, ex vestibus, aliisque ad hunc periturum orbem pertinentibus rebus argumenta petant: atque haec inania admirantes, magno discrimine pauperem seiungant et diuitem, si ambo, a sacris christianorum alieni, religiosis ipsorum conuentibus hospites intersint: cum tamen non inepta ratio suadeat, vereri, ne diues ille exploratoris animo ecclesiam ingressus sit; quod meliore consilio pauper fecisse videatur. Amorem erga omnes, diuites, pauperes, officium esse docet Christianorum: quam animi indolem siquis repudiet, hunc ait praeceptis religionis christianae neglectis auctoritatem euangelii nefarie spernere, quod et hanc sanxit et caeteras leges christianas, poenamque improbi contemtus certo sperare debere.

PARAPHRASIS.

Vulg. ant.

1. Fratres mei, nolite in acceptatio-

v. 1. Nolite existimare, fratres charissimi, bene vos et caste gloriosam fidem *a*) seu religionem Domini

Vulg. Hieron.

Fratres mei, nolite in acceptione

53) „Oratio pendet a fine capitis primi. Iusserat apostolus v. 26. 27. seposito per„sonarum respectu, pauperes et diuites charitate aequare, et vel orphanos viduas„que, quibus incumbit afflictio, amice fouere. In eadem pergit materia, o„mnemque obiurgans personarum respectum, (v. 1.) insigni exemplo docere stu„det christianos, quam ineptum sit, diuitias colere, temnere paupertatem. (v. „2—7.) Deinde in tramitem redit, atque charitatem pauperes et diuites „aeque complexam praecipit. (v. 8. seqq.) MICHAELIS.

V. 1. *a*) *Fides* in tabulis noui foederis saepe ponitur pro *doctrina fidei*, seu *religione christiana*. Vide Act. VI, 7. Rom. XVI, 26. Gal. I, 23. III, 2. 5. Iudae v. 3. 20.

Τὴν

Vulg. ant. ne personarum habere fidem Do-

mini nostri Iesu Christi seruare; si studio partium imbuti sitis, et perso-

Vulg. Hieron. personarum habere fidem Domi-

Τὴν πίστιν τῆς δόξης. *Fidem gloriae*, seu *gloriosam fidem.*] Sic Syrus vocabula construit et explicat. Confer TREMELLIVM et HAMMONDVM. Videtur phrasis petita a *Schechina*, seu gloriosa nube, quae nonnunquam tempore legis, illo inprimis, quo X praecepta ex monte Sinai promulgabantur, comparebat. Maior vero christianae religionis gloria, siue praestantiorem eius indolem spectes, siue dona spiritus et potentissima miracula, quae illam plantandam comitabantur. 2 Cor. III, 7. 8. 9. 1 Petr. IV, 14. 54).

54) „Non male facit auctor, quod Syrum secutus, τῆς δόξης cum vocabulo πίστιν „construat. Aliorum cogitata vide apud WOLFIVM *in curis ad b. l.* Qui ge„nitiuum (τῆς δόξης) cum vocabulo τοῦ Κυρίου construunt, vt sit, *fides in* DOMI„NVM GLORIAE, non cogitant, ex eadem iam voce pendere gignendi casum „in ἡμῶν. Insigne vero vitium orationis, Κύριος ἡμῶν, τῆς δόξης, si ab eadem „voce duo genitiui nulla copula coniuncti penderent. Cl. SCHOETGENIVS in „notis ad LAMB. BOSIVM de *ellipsi Graeca* p. 18. ante δόξης subaudit ἄνδρα, vt „plenior sit constructio, πίστιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἀνδρὸς τῆς δόξης. „Quae tamen ellipsis ne quidem in Hebraicis exemplis ab eruditissimo viro adla„tis Hos. V, 2. Ps. CIX, 4. prorsus explorata videri possit: tantum abest, vt hic „eam amplecti audeam. Sic ergo rectius et facilius cum BENSONIO construes, πίστιν τῆς δόξης τοῦ Κυρίου ἡμῶν κ. τ. λ. In hoc vno tamen a BENSONIO discesserim, quod nolim *fidem gloriae* per Hebraismum, minus forte hic necessarium, „interpretari de *fide gloriosa*. Potius, cum alioquin gignendi casus post πίστιν positus „*obiectum fidei* denotare soleat; intellexerim, *fidem in gloriam Christi*, seu fidem, „qua gloriam rediuiuo Domino nostro a patre tributam firmo adsensu comple„ctimur. Apta scopo apostoli descriptio fidei: *si enim Christus tanta illustratus* „*est gloria*, *neminem ei coniunctum*, *si vel orphanus aut vidua sit*, *temnere debebis*. „Est ergo eiusmodi constructio, vt Act. IV, 16. πίστις τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ. Gal. „II, 20. πίστις τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ. Coloss. II, 12. πίστις τῆς ἐνεργείας τοῦ Θεοῦ, τοῦ „ἐγείραντος αὐτὸν ἐκ νεκρῶν. Quae loca etiam refellunt WOLZOGENIVM ad h. l. „vim dictionis labefactantem, dum explicat de *fide*, *quam Iesus Christus docuit.*

„Nec tamen omittere debeo, *Italam antiquam* vocabulum δόξης cum προσω„πολη(μ)ψίαις construxisse: ac si esset, μὴ ἐν προσωποληψίαις τῆς δόξης ἔχετε τὴν πί„στιν: *nolite fidem in Christum coniungere cum respectu personarum ob externam hu*„*ius mundi gloriam.* Quem sensum vt indicaret, vertit non *gloriae*, sed HONO„RIS: nec enim *fides* HONORIS, aut *Dominus* HONORIS phrasis biblica. „Non spernendi ingenii cogitatum, et contextui apprime quadrans: quod ab „eruditis adcuratius perpendi velimus. Caeterum neminem turbet, quod supra „impressum dederimus *boneris* pro *honoris*. Sic enim habet codex ms. Italae „priscae a MARTIANAEO Parisiis editus: *nam antiquitus* (sic in nota textui sub-

„iecta

Vulg. ant. mini nostri Iesu Christi honeris. 2. Si autem intraverit in synago-

sonarum adhibeatis respectum *b*).

V. 2. Si enim in vestram ecclesiam *c*), aliusque pios conuentus, hospes ingrediatur, annulum aureum

Vulg. Hieron. ni nostri Iesu Christi gloriae. Etenim si introierit in conuen-

„iecta MARTIANAEVS) *vocales E et O promiscue accipiebantur*, sterceris *et* stercoris, hemo *pro* homo, vertex *et* vortex etc. MICHAELIS.

b) Ἐν προσωποληψίαις —— al. προσωποληψίᾳ *in personarum respectu.*] Ἐν saepe idem valet, ac, *cum:* nec opus est, exempla (vt in re notissima) addere.

Personarum respectus in iudicando damnatur Exod. XXIII, 2. 3. Leuit. XIX, 15. Deut. I, 16. 17. XVI, 19. Prou. XXIV, 23. XXVIII, 21. Sirac. XIII, 2. seqq. Act. XXIII, 2. 3. illique opposita virtus, toto huius vitii genere reprehenso, laudatur Iob. XXXIV, 17. 18. 19. Matth. XXII, 16. Marc. XII, 14. Io. VII, 24. Iudae 16. Hic tamen alia ratione et fine in personarum respectum inuehitur *Iacobus*, quod ex obseruationibus nostris sequentibus adparebit.

Christi doctrina omnes a nobis bonos amari, et, quantum eius fieri potest, benefactis deuinciri iubet; atque in rebus ad Deum spectantibus eandem charitatem omnibus, qui aeque boni sunt et pii, vindicat. Nullus ergo personarum respectus non laedit mitissimam et amoris plenissimam religionem: hunc enim dicimus *respectum personarum*, si hominem anteferas homini, non eius sapientiae, pietatis, aut verae vtilitatis, quam ex illo percipit siue res publica siue ecclesia, habita ratione, sed opibus eius ductus, aut gradu cognationis arctiore, quo te contingit, aut alia quacunque inepta caussa.

V. 2. *c*) Εἰς τὴν συναγωγὴν ὑμῶν *in coetum vestrum.*] In Graeco *Iacobus synagogae* vocabulo vtitur, quo vt plurimum significatur locus, in quem Iudaei, preces publicas facturi, scripturasque lecturi, aut alia celebraturi sacra, confluebant. Iam cum illi, ad quos litteras dabat *Iacobus*, essent Christiani ex Iudaeis facti, quibus synagogae nomen olim in vsu fuerat; noto illis vocabulo vtitur *Iacobus*, quo locum religiosis christianorum coetibus celebratum significet. Nec tamen alibi in tabulis noui foederis synagogae voce ecclesiam christianam designari puto.

Non equidem crediderim, Iudaeos Christianis permissuros, vt in suis synagogis coenam dominicam et alia christianis propria sacra celebrarent, illis saltem in vrbibus, in quibus pars maior euangelium reiiciebat. Priuatae forte aedes, sacris christianorum coetibus destinatae, petito a Iudaeis nomine, *synagogae* vocabantur.

Synagogae vocabulum nonnullis visum est significare *coetum christianum*, non *locum, in quo coetus cogebatur.* Hunc sensum (nisi fallor) secutus Anglus interpres. Nimis tamen liquet, de *loco* apostolum loqui, in quem ecclesia christiana conflueret, quam et congregatam esse supponit. Honoratiora enim et viliora synagogae commemorat subsellia, alia aliis in honoris significationem aut ignominiam tributa.

d) Vir

Vulg. ant. gam vestram homo annulos aureos in digito ha-

reum in digito gerens *d*), ornatusque veste splendida; aliusque hospes superueniat, quem ex vi-

Vulg. Hieron. tum vestrum vir aureum annulum habens, in veste liore

d) *Vir annulum aureum gerens.*] Opinantur fere, et diuitem et pauperem Christo nomen dedisse, quamuis nullum huius rei in oratione *Iacobi* exstet vestigium. Et quidem ex 1 Cor. XIV, 23 — 25. prorsus fit verisimile, hospitibus etiam et religione Christi non initiatis in coetus sacros aditum patuisse. *Iacobus* vero non obscure subindicat, diuitem hunc et pauperem, quos fingit, Christianos nondum esse, cum commate quinto dicat: *Deum pauperes huius mundi elegisse, vt fide diuites, et heredes regni sui fiant.* Quo dicto monet Christianos, vt pauperem non minus quam diuitem proselytum euangelii facere studeant. Certius tamen idem colligimus ex v. 6. 7. vbi *diuites* ait *potentia sua abuti ad opprimendos Christianos, illosque rapere ad tribunalia, et conuiciis nomen Christi laedere.* Huius certe indolis diuites sacra Christi non profitebantur: ex quorum tamen est numero, quem ecclesiam intrare, sacra dum peraguntur, fingit.

Hunc ego verum commatis nostri sensum esse mente conceperam, priusquam alios interpretes euoluerem. Quorum aliquos inspiciens neminem mihi consentientem inueni, nisi, inter veteres, auctorem *apostolicarum constitutionum*, qui aliquid eius rei vidisse videtur l. II. c. 58. (*Iacobi* enim verba, ni fallor, in mente habuit, illa cum scriberet) et ex recentioribus BRENNIUM in hunc locum, atque HALLETUM in *Volumine III obseruationum in varia scripturae loca (Notes on several Textes of scripture.)* Cum hic tum ille mentem suam expressis verbis significant; HALLETUS etiam magna argumentorum perspicuitate atque vi illustrat confirmatque. 55)

55) „Amplectimur BENSONII interpretationem, multa incommoda vitantem, „quae reliquas sententias premunt. Quas vero citat *apostolicas constitutiones*, lau„datque vt sibi consentientes, ad comma illae quidem nostrum efformatae sunt, „nec tamen illud eadem ratione explicare videntur. Adscribam, quae ibi le„guntur, ne veteris ecclesiae expositionem neglexisse videamur, ex versione La„tina COTELERII: *Quod si, cum sedetur, vir quispiam superuenerit honestus et* „*in seculo clarus*, (ἔνδοξος: confer, quae ad v. 1. de latina interpretatione vocabuli „τῆς δόξης scripsimus) *siue alterius, siue eiusdem regionis: tu, episcope, dum de* „*Deo sermonem habes ad plebem, aut dum audis eum, qui psallit, vel legit, ne per* „*acceptionem personae relinquas verbi ministerium, vt illi locum inter primas sedes* „*constituas: verum quietus mane, nec interrumpe sermonem tuum, vel auditionem.* „*Fratres vero eum per diaconos recipiant: atque, si locus desit, diaconus omnium iu*„*niorem prudenter, non autem praefracte loco mouens, honoratum illum sedere fa*„*ciat: cui aequum est, vt alter* FRATERNAE CARITATIS (ergo auctor *constitu*„*tionum apostolicarum* diuitem intellexit, qui *frater* esset, siquidem ex fraterno „amore alios ei vult adsurgere) *studiosus cedat sponte. Quod si renuerit, vi mo-*

 tum

Vulg. aut. bens, in veste splendida; intret

liore habitu pauperem esse intellexeritis;

Vulg. Hieron. candida, introierit autem et pau-

V. 3.

„*tum post omnes colloca, quo etiam caeteri discant honoratioribus concedere. Cum* „*autem pauper, vel ignobilis, vel peregrinus, isque senex aut iuuenis, interuenerit,* „*sedibus occupatis, iis quoque diaconus ex toto corde locum faciet: ut non gratificatio* „*eius homines spectet, sed Deo acceptum fiat ministerium eius.* Vide COTELERII „*patres apostolicos*, Vol. I. p. 266. 267. Caeterum WOLZOGENIVS etiam citandus erat auctori, qui eadem exponit ratione, nisi, quod pauperem facit Christianum, diuitem vero curiosulum sacrorum spectatorem.

„Fuerunt alii, qui *synagogae* nomine *consessus iudicum* christianorum intellexerunt, in quibus aequa conditione diues et pauper versari debeat, nec altero „honorifice sedente, alter stare ignominiae caussa. Explicationem minime pro„babilem protulit HAMMONDVS, sed validis argumentis iugulauit CLERICVS, „quae ex ipsius obseruationibus petenda hic non adscribo. Id vnum monemus: „neutiquam probabile esse, vix nascente Christianismo sua Christianis solemnia „fuisse iudicia, in quibus sedes altior iudici, ad cuius scabellum reus aut adcu„sator sedeant. Nec vllo modo ex 1 Cor. VI, 1 — 6. aliquid huius rei probari „potest: manifeste enim de arbitris inter amicos loquitur *Paullus*, non de iudici„bus auctoritate et honoris aliquo fastigio conspicuis.

„Restituere studuit inclinatam a CLERICO sententiam HAMMONDI, Cl. „*Daniel* WHITBY: nec tamen nisi emendatam et castigatam. Explicata enim „HAMMONDI interpretatione, haec subiungit: *Cum tamen Iudaeis Christo ad„dictis non essent distinctae a reliquis synagogae, multoque minus tantae amplitudinis „et splendoris, vt sedis honore dignitatem sedentium conspicuam facerent; —— in „Iudaeorum potius synagogas coirent, domum iudicii* (בית דין) *complexas, in qui„bus princeps synagogae, et qui a consilio ipsi erant, seniores, indicaturi sedebant, „malosque exercebant flagris: (Matth X, 17. XXIII, 34. Act. XXII, 19. XXVI, 11.) „synagogam potius Iudaicam intellexerim. Iudaeis enim inter gentes viuentibus sal„ua erant in suos ciues, suisque sacris addictos, iudicia. —— Vnde Iudaei quamuis „Christo nomen dedissent, ad illorum tribunalia citari poterant, v. 6. quem morem „longo post tempore edicto abrogauit Honorius atque Theodosius. 16. Cod. Theod. „Tit. 8. leg. 22. Vid. notas* GOTHOFREDI *p.* 240. Nec tamen sententiam per„suadebit nobis WHITBYVS. Quamuis enim concedam, Christianos, si ex Iu„daeis essent, ad Iudaeorum sacra tribunalia anno Christi LX citari potuisse: nun„quam tamen crediderim, in Iudaeorum iudiciis, ipsa in synagoga celebratis, „Christianos, quos in haereticorum numero habebant, iudices sedisse. Iam ve„ro non reis aut adcusatoribus praecepta scribuntur a *Iacobo*, sed (si WHITBYI „valeat sententia,) iudicibus: hi vero cum Christiani esse non potuerint, satis, „opinor, liquet, plane de iudiciis in synagoga peractis sermonem non esse. To„ta enim epistola non nisi Christianis scripta.

Cae-

Vulg. ant. autem pauper in sordida veste:
3. Respiciatis autem eum, qui vestitus est veste 56) can-

v. 3. Vos vero, solo vestium discrimine ducti, multo adfeceritis honore illum, qui splendide ornatus est, dixeritisque illi: *adscendere te volumus, atque hic in summo lo-*

Vulg. Hieron. per in sordido habitu:
Et intendatis in eum, qui indutus est veste praecla-

co

„Caeterum videtur HAMMONDI explicatio iam ante HAMMONDVM excogitata. Cuius rei suspicionem iniecerunt illa, quae habet *Conradus* SCHOENLEBEN, in *notitia egregii codicis msr. N. T. Graeci, quem Norimbergae seruat Hieronymus Guilielmus Ebner ab Eschenbach*, Norib. 1738. §. XV. Sic ille: „*Acta excipit epistola S. Iacobi, praemissa apostoli imagine. Pingitur in subsellio, calcitra tecto, cuius* ὑποπόδιον *aliis latius variis figuris exornatum est: potius cathedram episcopalem dixeris. Conspicitur S. Iacobus sedens, fusco capillo, et barba acuta, inque duas partes fissa, dextram paullulum leuans, sinistra membranam, cuius pars aperta, pars inuoluta est, tenens. Dextram versus mulier nudato capite, caeruleo interiore, et rubro superiore amictu, in quo albicans quaedam lacinia prominet, manu sublata, nigris calceis adparet. Huic adstat grauis senex, tunica caerulea, et fusco pallio, cui simili modo aurea lacinia adsuta est, cum aliis quinque hominibus, ex quibus vnius integrum caput, reliquorum sola caluities eminet. Sinistram versus, vir ipso adspectu venerandus, rubra tunica, et caeruleo pallio, vna cum lacinia aurea, eiusdemque metalli figuris intertexta, indutus, conspicitur: calcei eius et tibialia albo tincta sunt liquore, caput tegit mitra rubra, eaque paruula, vix capillorum, qui in altitudinem adsurgunt, apicem tegens. Huic comites adiunguntur tres alii, quorum vnus vestem gerit, carnis colorem referentem, zona constrictam, capiti quoque mitra imposita eiusdem, quam descripsimus, formae; reliqui apertis capitibus. Vt, quid hic hominum coetus, quo Iacobus cinctus adparet, sibi velit, intelligatur, mihi deprehendisse videor formam iudiciorum in primaeua ecclesia consuetorum, vbi caussa, quae ad gentilium forum trahi non debebat, praesente episcopo aut presbytero agebatur: hic enim Iacobus iudicis personam sustinere videtur, ex vtroque latere reus et actor stare, testium multitudine stipati.* Bene, ni fallimur, insignem picturam interpretatur Cl. *Conradus* SCHOENLEBEN, seu potius is, cuius interpretem agit, generosissimus EBNERVS. At vnde pictori libido, *Iacobi* epistolae praefigere imaginem iudicii ecclesiae christianae, nisi putasset, aliquid hac epistola contineri, quod ad iustam horum iudiciorum formam pertineret? id quod hoc loco inuenisse sibi visus est. MICHAELIS.

V. 3. 56) Ἐν ἐσθῆτι λαμπρᾷ.] „Quia λαμπρὸς a λάμπω descendit, vertit Latinus „*vestem candidam;* qui color honoris omnino habebat significationem apud veteres. Nec tamen ratio est, cur ita vertas; λαμπρὸς in genere est, *splendidus.* „Vide WOLFII *curas ad Luc. XXIII*, 11. vbi eodem nomine vestis purpurea designari videtur. Hoc loco illam maxime vestem intellexerim, cuius color vegetus adhuc, nec maculis deturpatus lucet: opponitur enim maculatae vesti. „MICHAELIS.

e) Tu

Vulg. ant.		Vulg. Hieron.
dida, et dicatis: tu hic sede bene; et pauperi dicatis: tu sta, aut sede illo sub scamello meo:	*co e) et commodiore considere;* pauperi vero, quem cura vestra indignum existimaueritis, nec vestra referre, ad fidem in Christum illum perducere, dixeritis contemtim: *ibi consiste f)*:	ra, et dixeritis ei: tu sede hic bene; pauperi autem dicatis: tu sta illic, aut sede sub scabello pedum meorum:

V. 4.

e) *Tu hic sede bene.*] In Iudaeorum synagogis summum locum obtinebant *presbyteri*, laicis inferiores sedes, pro dignitatis suae ratione distinctas, occupantibus. Vnde scripturae peritos reliquosque Iudaeorum doctores, amore summi loci et in synagogis et in conuiuiis captos, perstringit saluator noster, Matth. XXIII, 6.

VITRINGA *de synag. vet. l. I. c. 9.* adcuratius descripsit celeberrimam synagogam, quae Alexandriae in Aegypto fuit, LXX magnificis sedibus presbyteros excipientem, reliquam etiam laicorum multitudinem, honore et vitae genere diuersam, subselliorum discrimine distinguentem: cuius synagogae ad exemplum reliquas, maiores praesertim, comparatas fuisse suspicatur.

Christiani labente tempore nimis exquisita cura loci dignitatem in templis suis spectarunt, alium locum tribuentes episcopo, senioribus, iuuenibus, vxoribus, viduis, virginibus. Viros suo quemque loco diaconi considere iubebant, feminas diaconissae: nec leue existimabatur flagitium, alieno loco sedere. Vide *Constitutiones apostolicas l. II. c. 57.* Hucusque quidem Christianos *Iacobo* coaeuos non crediderim progressos esse: episcopi tamen et seniores altiorem reliquis locum occupasse videntur.

f) *Tu sta ibi: aut sede, illo sub scamello meo.*] Eandem honoris significationem pauperi et diuiti deberi, non bene ex hoc loco efficitur. Ipso in templo si gradu dignitatis distinctos subselliorum honore distinguas, peccatum non committitur: nec enim religio Christi summos imis aequat, aut homines ratione dignitatis, quam in hoc seculo obtinent, confundi et in vnam classem redigi iubet; nec morum vllam asperitatem et rusticitatem praecipit, sed *honorem illis tribuendum* docet, *quibus honor debetur*.

Non hoc carpit *Iacobus*, quod diuitem in synagogam ingressum comiter excipiant et honorifice, sed quod pauperem contemtim habeant: atque quod diuitem suis addere studeant partibus, neglecta pauperis conuersione, cuius salutem et emendationem, ad diuitis conuersionem relatam, nullius momenti, sola paupertatis caussa, existiment.

Certum est, hanc fuisse in Iudaeorum iudiciis legem, *vt aut ambo sederent, aut starent, quibus lis inter se erat, si alter diues fuisset, alter pauper.* Quod vero ciuilia iudicia Iudaeis ex indulgentia Romanorum salua manserint, poenasque, quamuis leuiores, repetere a reis in synagoga ipsis licuerit, patet ex Matth. X, 17.

XXIII,

Vulg. ant.		Vulg. Hieron.
v. 4. diiudicati estis inter vos, facti estis iudices co-	v. 4. *Aut ad pedes meos sede g):* nonne partibus nimis addictum foret *b)* iudicium, quo illos distinguitis? et inepto ex argumen-	nonne iudicatis apud vosmet ipsos, et facti estis

to

XXIII, 34. Act. XXII, 19. XXVI, 11. Marc. XIII, 9. eandemque potestatem Christianis, vt sectae ex Iudaeis singulari, concessam fuisse, ex 1 Cor. VI, 1—6. fit verisimile. Nec tamen *Iacobus* hic agit de potestate Christianis relicta in rebus ciuilibus: sed quam promti esse debeant, ad pauperes non minus quam diuites conuertendos. Pauperibus vt euangelium nuntiaret, missus erat Christus, Luc. IV, 18. quo munere magna fide functus est Luc. VII, 22. *Paullus* idem se officium debere credebat barbaris et Graecis, seruis et liberis, Rom. I, 14. Col. III, 11. Haec exempla sequi debebant, quibus *Iacobus* scribebat; nec enim tempore noui foederis vllus est apud Deum respectus personarum, omnibus aeque piis aequum et eundem. 57)

57) „Quae de more Iudaeorum in iudiciis obseruato tradit noster, vberius, si vo„lupe est, perdisce ex HAMMONDO et CLERICO. Christianis sua iudicia fuisse, „ex 1 Cor. VI. non conficitur, vbi sermo non nisi de *arbitris, qui possint iudicare* „*inter fratres et fratres.* Nec priuilegia Iudaeorum ad Christianos ex gentibus „collectos pertinere poterant, circumcisione non suscepta, sine qua ad Iudaicam „gentem aditus non patebat. MICHAELIS.

g) Si deessent subsellia, iuniores stare remotiore ab episcopo loco iubebant *constitutiones apostolicae:* quod tamen praeceptum non vltimae aetatis, nascentisque Christianismi. Cum tamen hic *unum* aliquem sistat apostolus, qui pauperem aut stare eminus, aut propius accedere, et sub scabello suo sedere iubeat: vero proximum est, episcopos, aut alios auctoritate praestantes viros, eius vitii reos fuisse, quod a Iacobo reprehenditur. Iam enim tempore scriptae huius epistolae summus locus episcopo datus videtur.

Apud Iudaeos in solo aut expanso panno sedebant discipuli ad pedes magistrorum. Sic ad pedes *Iesu* sedebat *Maria*, Luc. X, 39. *Paullusque* puer ad pedes *Gamalielis* sederat, Act. XXII, 3. Hospites vero lautioris conditionis, coetus Christianorum ingressos, ab humili hac discipulorum sede honoris causa arcebant: in quo nihil fuisset vitii, modo eadem comitate etiam erga pauperes vsi essent.

Pro ὑπὸ nonnulli codices habent ἐπί: quasi scabello, pedibus subiecto, non ipsi solo insidere iuberent pauperem. Quorum tamen maxima est codicum auctoritas, nostram lectionem ὑπὸ seruant.

V. 4. *b)* Καὶ οὐ διεκρίθητε ἐν ἑαυτοῖς.] Duplici fere ratione hoc comma explicatur, eodem, quem in paraphrasi dedimus, sensu manente. Alii KAI, alii OY omittunt.

Vulg. ant. gitationum malarum.

to iniquum amborum animis pretium statueretur?

Vulg. Hieron. iudices cogitationum iniquarum?

V. 5.

ΚΑΙ omittit codex Alexandrinus, et versio Vulgata. Vide CLERICI notas ad HAMMONDVM. Quorum auctoritatem si sequaris, per interrogationem explicanda erit sententia, vt Anglus caeterique interpretes plurimi faciunt. Si vero duo manuscripti libri, a MILLIO citati, potiores nobis videantur, qui ΟΥ omittunt, perit interrogatio, et directe obiurgat apostolus studium partium, quo laborabant. 58) Est et alia interpretationis ratio, lectionem editionum vulgarem seruans: *nonne et discrimen in vobis ipsis* (alieno quidem ab omni tali discrimine coetu) *fecistis, et iudices fuistis prauarum cogitationum?*

Verbi διακρίνομαι significatio est media: *discrimine aliquo rem a re, hominem ab homine distinguere.* Vide verbum actiuum ita acceptum Matth. XVI, 3. Act. XV, 9 [illegible] Cor. IV, 7. XI, 29. 31. et passiuum Act. X, 20. XI, 12. Rom. XIV, 23. Iud. 22. Connexio tamen facere potest, vt verbum, per se medium, prauum quid et vitiosum denotet. Discrimen facere, vbi nullus discrimini est locus, crimine non vacat: et hoc est, quod apostolus reprehendit. Διακρίνομαι illum hic habet significatum, cui ἀδιάκριτος Iac. III, 17. e diametro opponitur. 59)

Ἐν ἑαυτοῖς *in vobis ipsis*, id est, *in animis vestris.* Id hac phrasi significatur Matth. III, 9. alibique.

58) „Καὶ οὐ] Ad lectionis varietatem quod attinet, illis, qui καὶ omittunt, accedit etiam Syrus ܠܐ ܗܘܐ ܐܬܦܠܓܬܘܢ, *non sane diuisi estis*, vel *dubitastis*, et „vetus Itala, quam supra habes. Eadem Itala his quoque accedit, qui οὐ non „legerunt. Posterioris tamen voculae omissio inde, ni fallimur, orta, quod scribae eius sensum non perciperent, facilem quidem, et nota sequente indicandum. ΚΑΙ siue legas, siue auctoritate antiquissimarum versionum et codicis „Alexandrini negligas, ad sensum perinde erit. MICHAELIS.

59) Οὐ διεκρίθητε ἐν ἑαυτοῖς] „Si vocem eo sensu accipias, quo BENSONIVS, vt „fit, *prauum discrimen facere ex respectu personarum*, vix adparebit, quid sibi „velit additamentum, ἐν ἑαυτοῖς, frigide adeo collocatum, vt taedium lectori „pariat. Hocne enim discrimen tantum faciebant in *animis suis?* Nonne erumpebat, et manifestum fiebat, cum hunc sedere, istum stare iuberent? Alias „aliorum sententias vide apud WOLFIVM, quas inter aliquae ita impeditae et „a veri specie alienae, vt album a paucis calculum impetraturae videantur.

„Nobis paraphrasis *Ludouici* CAPPELLI prae reliquis expedita videtur: „*non subiit vos haec cogitatio, id factum forte malum esse, sed certo apud vos statuistis, id iure et bene fieri.* (Vide *spicileg. notarum ad nou. test.* p 129) seu, vt „idem alia phrasi nos dicamus, quae ad graecam dictionem magis accedat: *tum* „*rem non satis apud vos dubitastis, sed minime haesitanter prauam dixistis sententiam.*

„Nempe

Vulg. ant.
v. 5. Audite, fratres mei dilecti: nonne Deus elegit pauperes seculi, locupletes in fide, et heredes regni, quod expromisit diligentibus eum.

v. 5. Animum aduertite, fratres dilecti, ad ea, quae dicam; tum intelligetis, quam vanum et rationis expers sit hoc partium studium *i*). Nonne Deus plurimos Christianorum ex pauperibus *k*) elegit, vt fierent diuites fide *l*), illiusque heredes magnifici regni et gloriosi

Vulg. Hieron.
Audite, fratres mei dilectissimi: nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide, et heredes regni, quod repromisit Deus diligentibus se?

„Nempe διακρίνομαι, vt Latinum DVBITO, idem esse potest, ac, *perpendo aliquid, subductis dubitandi et adfirmandi rationibus.* Simili ratione CICERO de „Hercule *Offic.* l. I. c. 32: *diu* SECVM *multumque* DVBITASSE, *vtram ingredi* „*viam melius esset?* Er habe lange bey sich selbst, (in seinem Gemüthe) über„legt, welcher Weg der beste sey? SVETONIVS in *Claudio* c. 33. *dubitauit,* „*adhibitis principibus, an obtemperaret?* i. e. deliberauit. VIRGILIVS l. IX. „Aen. 190. 191.

Percipe porro,
Quid dubitem, quae nunc animo sententia surgat.

„Vbi SERVIVS: *quid dubitem,* i. e. *cogitem. Omnis enim cogitatio in dubita-* „*tione est ante sententiam.* Eadem iam olim fuit OECVMENII explicatio, quam „in ipsius commentario vide. MICHAELIS.

i) Κριταὶ διαλογισμῶν πονηρῶν.] Hebraismum subesse reor, vt idem sit, quod, *iniusti et partibus addicti iudices.* Bene explicat OECVMENIVS: ἄδικοι κριταὶ, τῇ πονηρίᾳ ἐκ προσωποληψίας προσθέμενοι: *iniusti iudices, malitia adfecti ex personarum respectu.*

V. 5. *k*) *Nonne Deus elegit pauperes seculi.*] Religio Christiana non potentia aut arte regia et magnatum diffundenda erat per orbem terrarum, nec commoda huius vitae promotura erat. Vniuersalis omnium Deus et pater hac vsus est ratione, vt multorum animos corrigeret et ad virtutem formaret. Nec defuit successus, emendatio docilium, quorum animi tractabiles erant: quorum vero mens diuitias et gloriam huius mundi stupens mirabatur, illi ex hoc numero esse non poterant. Matth. V, 3. XIX, 27. Marc. X, 21. seqq. Luc. VI, 20. XII, 21. 32. Ioh. VII, 48. 1 Cor. I, 26. seqq. 1 Timoth. VI, 9. Iacob. I, 9. Vide LACTANTII l. VII. c. 1. versus finem, et ORIGENEM *contra Celsum* l. III. p. 133. Edit. Cantabr.

l) *Vt fierent diuites fide.*] Sic *Syrus* reddidit: (vide TREMELLIVM) Alibi εἶναι, hoc loco omissum, post ἐξελέξατο expressum occurrit Eph. I, 4. 60)

60) „Quae de Syro dicta sunt, nonnihil erroris continent: Sic ille: *nonne pau-* „*peres mundi, diuites* VERO *in fide, elegit Deus, vt essent heredes in regno* etc. Nem-

riosi *m*), quod Deus amantibus se benefice promisit?

Vulg. ant.
v. 6. Vos autem frustratis pauperem. Nonne diuites potentantur in vobis? et ipsi vos tradunt ad iudicia?

v. 6. Vos vero pauperes, ad euangelium recipiendum saepe procliues, ignominia adfecistis *n*), quos Deus tanto honore dignos habuit. Ignoratis *o*), diuites fere esse, qui potentia sua abusi vos opprimunt [61]) atque euertunt? Nonne hi ad

Vulg. Hieron.
Vos autem exhonorastis pauperem. Nonne diuites per potentiam opprimunt vos, et ipsi retrahunt vos ad iudicia?

„pe εἶναι subintellexit Syrus, non ante πλουσίους, sed ante κληρονόμους, particula „καὶ deleta. Rem tamen ipsam si spectes, lubens concedo BENSONIO, sic explicari debere. Videantur WOLFII *curae* ad h. l. et Cl. ALBERTI *obseruatio-* „*nes in N. T.* Caeterum ipsa phrasis, πλούσιοι ἐν πίστει, duplicem admittit sen- „sum, siue, *qui multam fidem habent*; siue, *qui per fidem diuites sunt*, veras et „immortales hac quasi manu amplexi tenentesque diuitias. Posterius nobis prae- „placet. Clarior sic nexus sequentium, καὶ κληρονόμους βασιλείας: quibus ver- „bis eorum diuitiae, quas fide adepti sunt, exponuntur. Per regnum intelligi- „tur aeterna in caelo felicitas et vita, *quae ita vocatur*, (verba sunt WOLZOGE- „NI) *ob similitudinem cum statu regio, quo qui fruuntur, abundare prae caeteris* „*solent iis, quae bona censentur, vt diuitiis, honore et voluptatibus.* MICHAE- „LIS.

m) Maxima quaeuis iam olim Deum amantibus promissa erant: Exod. XX, 7. 1 Sam. II, 30. Prou. VIII, 17. gloriosique regni spem ita adfectis ostendebat euangelium. Matth. V, 3. XIX, 28. XXV, 34. Luc. VI, 20. XII, 32. 1 Cor. II, 9. 10. 1 Tim. IV, 8. Quibus locis iunge Iac. I, 9. 12. Apoc. II, 9. 10.

V. 6. *n*) Vide vers. 3. Prou. XIV, 20. 21. XVII, 5. Act. XIII, 50. 1 Cor. XI, 22. Iacob. V, 4.

o) Pro οὐχ *Alex.* legit οὐχὶ, quod nobis optimum videtur. Vide MILLIVM.

61) Καταδυναστεύουσιν ὑμῶν] „Id est: *vos sibi subiiciunt, et aspere in vos consu-* „*lunt.* Κατὰ in hac compositione inimici quid indicat, vt in κατακυριεύω, *diurio-* „*ra dominia exerceo*, et κατεξουσιάζω Matth. XX, 25. Caeterum hoc, et proxime „sequens comma, *nonne rapiunt vos in iudicia*, nolim intelligi de oppressionibus „religionis, sed lucri caussa factis. His melius quadrat vocabulum καταδυνα- „στεύειν, cum pauperem debitorem venditum, aut in tuam potestatem adsertum, „seruum reddis. Sequenti commate subiungit apostolus, etiam ipsi Christiano- „rum conscientiae nonnunquam vim adferri a ditioribus; saltem opprobriis et cri- „minibus illam tentari. MICHAELIS.

p) Prou.

ad *p*) tribunalia raptos acerbe adcuſant, haud ſecus ac ſi nefariis ſceleribus eſſetis contaminati, hac vna de cauſſa, quod Chriſto nomen dediſtis *q*)?

Vulg. Ant.

7. Nonne ipſi blaſphemant in bono nomine, quod vocatum eſt in vobis?

v. 7. Nonne hi pulcrum illud et ſanctum nomen conuiciis lacerant, Chriſti, Domini et doctoris veſtri, cuius nomine ſuſcepto *r*) ab aliis, quibus falſae ſuperſtitiones mentis aciem praeſtringunt, diſtinguimini [62])?

Vulg. Hieron.

Nonne ipſi blaſphemant bonum nomen, quod inuocatum eſt ſuper vos?

8. Si tamen lege conſummamini

v. 8. Totam rem conficere mihi liceat ex illo, quod in primariis *s*) a vobis

Si tamen legem perficitis regalem

p) Prou. XXII, 7. Sirac. XIII, 1—23. Iacob. V, 4. 6.

q) Act. XIII, 50. XVI, 19. coll. Math. X, 17.

V. 7. *r*) Τὸ καλὸν ὄνομα, τὸ ἐπικληθὲν ἐφ' ὑμᾶς] Eſt Hebraiſmus, cuius ſententiam paraphraſis noſtra declarat. Vide Geneſ. XLVIII, 16. 1 Reg. VIII, 16. Ieſ. IV, 1. Ierem. XXV, 29. Sirac. XXXVI, 12. 62)

62) Βλασφημοῦσι τὸ καλὸν ὄνομα, τὸ ἐπικληθὲν ἐφ' ὑμᾶς] „Nempe Hebraei dicunt *nomen alicuius ſuper te vocari*, cum ab illo denominaris. E. g. *Manaſſes* „*Iacobi filius* ſi dicitur, in vocando *Manaſſe* nomen *Iacobi* etiam auditur: id eſt, „ſuper *Manaſſem* nomen *Iacobi* vocatur. Hunc Hebraiſmum qui ignorarunt, „explicationibus ſuis intricatiora fecerunt omnia. Καλὸν idem eſt, quod Latinis „*honeſtum*, cui vocabulo reſpondere ſolet. Vide CICERONIS *paradoxon*: ὅτι „μόνον τὸ καλὸν ἀγαθόν quod ipſe vertit: *quod honeſtum ſit, id ſolum bonum eſſe.* „Ex hoc diuitum, quos *Iacobus* deſcribit, facinore, ſatis quidem liquet, Chriſtia„nos eos ne nomine quidem et verbis eſſe. Illorum ſane dura et intolerabilis „explicatio, qui ſtudio receptae ſententiae βλασφημοῦσι reddunt, *faciunt vt blaſ*„*phemeneur*: ſine vlla neceſſitate. MICHAELIS.

V. 8. *s*) *Si legem regiam perficitis*] *Syrus*, iudice TREMELLIO, *legi regiae* ſuppoſuit: *legem Dei*; nihilominus MILLIVS putat, βασιλικὸν ab Syro omitti.

Diſputatum inter Iudaeos eſſe de praecipuo et maximo legis praecepto, vel quaeſtio Domino noſtro propoſita docet, Matth. XXII, 34—40. Marc. XII, 28—34. His tamen, qui Chriſtum doctorem obſeruabant, planum et prouocatum erat, *ſummum Dei amorem* primarium eſſe praeceptum: cui alterum aequale ſit, natura et grauitate ſua, quod *eundem amorem, quem erga nos concipimus, ſociis vindicat.* Nec enim vllum his praeceptis praeſtantius eſſe, ſeruator noſter pro-

nuntiauerat, Marc. XII, 31. Argumentum orationis apostolum ad hoc praeceptum deducit: *ama socium, vt te ipse*: cui ob praestantiam et vere diuinam regiamque indolem nomen *legis regiae* debetur. Huic legi non vna de caussa obedientia praestanda erat a Iudaeis: et, quod prisci foederis tabulas pie venerarentur, hoc praeceptum praeprimis inculcantes; et quia Christum dominum suum fatebantur, qui legem charitatis non suis modo praeceptis inseruit, sed et maiore vi inculcauit, et clariore perfudit luce, Matth. VII, 12. XXII, 35—40. Marc. XII, 31. Luc. VI, 27—38. X, 27. Ephes. V, 2. 1 Thessal. IV, 9. 10. Cui praecepto tantum tribuit, eoque illud prouexit, vt *nouum* prorsus, Ioh. XIII, 34. et *suum*, XV, 12. non dubitauerit adpellare, atque, *Paullo* interprete, *legem Christi*, Gal. VI, 2. coll. 1 Tim. I, 5. Quis sit socius, disce ex Luc. X, 30. 37.

Graeci non raro praestantissimum quoduis, *regium*, βασιλικὸν, vocant: vt βασιλικὸν βίον, *vitam regiam*, βασιλικὴν ἐσθῆτα, *regium vestimentum*, βασιλικὸν συμπόσιον, *regium conuiuium*, βασιλικὸν ἀστέρα, *stellam regiam*, βασιλικὴν ἄμπελον, *vitem regiam*: qua ratione et βασιλικὸς νόμος a Iacobo *lex praestantissima* dici potest. Praeiuerat iam olim vsum vocis apostolo XENOPHON in *Oeconomico* (*Edit. Leunclauii. fol. p.* 856. *D*) cui βασιλικοὶ νόμοι eaedem fere leges sunt, quae *Iacobo* esse videntur. *Socrate* enim auctore narrat XENOPHON, quid *Ischomachus* dixerit de tractandis seruis agrum exercentibus, et qua ratione bonos et frugi homines eos fecerit. Quem in finem refert Socrati, ex legibus *Draconis Solonisque* varia se compilasse, vt et ex LEGIBVS REGIIS: quo nomine leges regum Persiae intelligit. *Leges enim*, addit, *Draconis et Solonis solo poenae metu proposito a scelere reuocant: regiae vero non malis solum poenas, sed et bonis praemia statuunt.* Eadem et *Iacobus* phrasi hic et sequentibus versibus *legis regiae* vocabulo intelligit *legem maximi regis*: quem qui seruent, eos bene agere dicit, et habere, cur praemia exspectent. Si qui vero eas migrent respectu personarum vsi, eos peccatores argui, certasque illos poenas crimine suo dignas manere. 63)

63) „Petita haec explicatio ex RAPHELII adnotationibus *Xenophonteis* p. 330. „Nec tamen sensui Iacobi apta videtur. Quamuis enim leges Persarum, de qui„bus sermo est *Xenophonti*, mites satis essent: indene sequitur, vt omnes leges „regum eiusdem indolis sint? ita, vt *lex regia* ea vocanda sit, quae praemia obe„dientiae proponit? An vero existimandus est *Iacobus* ad leges respicere a regi„bus Persiae datas? Cum praeter illas tot aliae essent leges a regibus datae, quas „inter nec paucae durioris ingenii et sanguine scriptae? Non crediderim: inpri„mis cum Persarum illud imperium per tot iam annos sepultum iacuerit. Nec „vero facilius mihi persuaserim, ipsum hoc *Xenophontis* comma in oculis et men„te sacri scriptoris fuisse: quod ipse, nisi fallor, nunquam legerat, a cultu pro„fanae eruditionis alienus; nec forte vnus et alter illorum, ad quos haec episto„la data erat. Quae si demas, nihil continebit *legis regiae* vocabulum, quod „praestantiorem et mitiorem huius legis naturam prae aliis legibus commendet. „Nec *vita regia*, *vestimentum regium*, et alia eiusdem indolis, huc adlata quid„quam efficiunt. Illa enim in regibus praestantiora et maioris splendoris esse solent, „quam in priuatae sortis hominibus: non item leges, quas cum saepe immites

„et

Vulg. ant. regale secundum scripturam: diliges proximum tuum tanquam te: bene facitis.

9. Si autem personas accipitis, peccatum operami-

bis habetur, praecepto [64]) prisci foederis: *ama socium, vt te ipse t)*. Hanc normam sequutos bene vos agere, ipsi intelligitis [65]).

v. 9. Si vero iniquo personarum respectu laboratis, eadem vos lex peccatores arguit *u*).

Vulg. Hieron. secundum scripturas: diliges proximum tuum sicut te ipsum: bene facitis.

Si autem personas accipitis, peccatum operamini,

V. 10.

„et asperas illaudati reges iubeant, ciuitates liberae aequissimas rogare „solent.

„Nobis placet intelligi, *legem regis nostri Christi*, seu eam legem, *quam rex noster* „*Iesus Christus singulari cura promulgauit, exposuit, inculcauit.* Vide, quae ipse de „hac lege dicat, Ioh. XIII, 34. *Praeceptum* NOVVM *do vobis, vt vos inuicem ame-* „*tis*, XV, 12. *Hoc est praeceptum illud meum*, (ἡ ἐντολὴ ἡ ἐμὴ, non solum, ἡ „ἐντολή μου) *vt ametis vos inuicem.* Idem praeceptum, secus ac visum doctoribus „Iudaeorum vulgaribus, summo et maximo praecepto aequauerat Iesus Matth. „XXII, 39. Vide et 1 Ioh. II, 8. ibique in posterum, vt speramus, notanda. „Hoc ergo praeceptum, quod tanto studio rex noster Christus vrgebat, vt *suum* „et *nouum* diceret, quo tandem studio seruare debent Christiani? Eandem iam „HAMMONDI explicationem fuisse, lectori forte non ignotum.

„*Legem Dei patris* alii intellexerunt, quibus ideo accedere nolim, quod ab „hoc auctore nihil *praecipuae* et *eximiae* auctoritatis accedat legi amoris. Nam „et omnes reliquae leges Mosis a Deo patre latae erant. Aliorum sententias per- „quirere longum foret. MICHAELIS.

64) Κατὰ τὴν γραφήν· ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου] *Iacobus* ergo non citat solum le- „gis huius latorem Iesum, sed eiusdem auctoritatem ex voluminibus Mosaicis re- „petit. Haec forte aptissima παράφρασις: *Si eam legem seruaueritis, in qua in-* „*culcanda rex noster Iesus totus fuit, vt ideo et suam diceret, et nouam, quae ta-* „*men non omnino noua est, sed conformis illi dicto Mosis* etc. MICHAELIS.

t) Leu. XIX, 18. Rom. XIII, 8—10. Gal. V, 14.

65) Καλῶς ποιεῖτε] „i. e. *honeste facitis, et a lege laudamini.* Opponitur illi, quod „v. 1. dicitur: *adcusamini a lege, tanquam peccatores.* Sic *Iacobus* Act. XV, 29. „ἐξ ὧν διατηροῦντες ἑαυτοὺς, εὖ πράξετε. Hanc phrasin non in consiliis modo, sed „et praeceptis summae necessitatis adhiberi posse, docet WOLFIVS in *curis ad* „*h. l.* quod magis etiam liquebit, si cogitaueris, καλῶς non solum id esse, quod „latini *bene* dicunt, sed et *honeste*, recht, tugendhaft. Vide not. 62. MICHAE- „LIS.

V. 9. *u*) Vide vers. 1. 2. 3. 11. Leuit. XIX, 15. Deut. I, 17. XVI, 19. Rom. II, 25. 27. Gal. II, 18.

V. 10.

Vulg. ant.
ni, a lege traducti, tanquam transgressores.
10. Qui enim totam legem seruauerit, peccauerit autem in vno, factus est omnium reus.

v. 10. Si enim vel omnia eius reliqua seruaueritis praecepta, non nisi hoc neglecto vno *x*), eadem vos poena manet, qua Deus omnium reliquorum *y*) praeceptorum violationem sanxit. Auctoritatem enim legis latoris Dei spernitis.

Vulg. Hieron.
redarguti a lege quasi transgressores.
Quicunque autem totam legem seruauerit, offendat autem in vno, factus est omnium reus.

V. 11.

V. 10. *x)* Ea fuisse dicitur nonnullorum, qui Iudaeos instruebant, magistrorum licentia in explicanda lege, vt, si quis vel vnicum legis praeceptum seruaret, benedictione illum, et vita longiore, et hereditate terrae satis illi quidem larga manu bearent. Hic ergo contradicere credunt apostolum, vbi suis inculcat, qui vnum praeceptum migrauerit, omnium reum esse. 66)

Suo hoc obseruatum loco relinquimus. Id tamen non dubium, sub maledictione esse, qui non totam legem seruet, ipsa lege iudicante Deuter. XXVII, 26. Rom. X, 5. Gal. III, 10—12.

66) „Est haec explicatio *Danielis* WHITBY, cuius verba latine versa adscribemus: „*E diametro opposita haec videntur sententiis Iudaeorum a* POCOCKIO *commemora-* „*tis ad Hos. XIV, 2. p.* 774. plurima Deum praecepta dedisse, vt, siue hoc siue illud „perfici contingeret, certe saluarentur. *Sic* KIMCHIVS *verba Hoseae* וקח טוב „accipe bonum, *explicat:* accipe loco cuiusuis alius boni, quoduis praeceptum „איזה מצוה, quod perfecerimus. *Vulgatam quoque regulam* SMITHAEVS „*fuisse dicit (pag.* 354.) debere homines aliquod sibi praeceptum ex reliquis ex- „cerpere, in quo toti sint, vt hac ratione Dei fauorem consequantur, nec nimis „illum reliquis peccatis irritent. *Hanc etiam illorum regulam citat: (pag.* 300.) „qui vnum seruauerit praeceptum, bene illi erit, diesque eius producentur, et ter- „ram occupabit. *Vt plurimum vero legem de Sabbato, aut sacrificiis et decimis sibi eli-* „*gebant, quas potissimas existimabant esse, neglecta misericordia et iustitia, quibus po-* „*tiorem locum Christus tribuit.* Haec WHITBY. Quae tamen ex KIMCHIO citat, no- „bis inuenire non licuit: vnde mentem KIMCHII non satis intellectam WHITBYO „fuisse suspicamur. Ad rem ipsam quod attinet, haec mihi mens Iacobi esse videtur: „*vno praecepto violato, legislatoris et legis proculcari auctoritatem. Vnde, si reliqua* „*serues praecepta, non id tibi tanquam obedientiam legi praestitam imputari; legis enim* „*auctoritatem tibi nullam videri.* Ex quo quidem nulla sequitur omnium peccato- „rum aequalitas, sacris litteris et saniori philosophiae ignorata (Matth. XI, 24.): sed „id modo, alterius cuiusdam praecepti obseruationem a poena immunem praestare „non posse eum, qui aliam legem migrauerit. Proprie haec a *Iacobo* in illos dicta, „qui neglectam charitatem, magnum euangelii praeceptum, praetextu fidei, in qua „toti essent, excusabant: vt ex sequentibus adparet. MICHAELIS.

y) Γέγονε πάντων ἔνοχος] Explica phrasin ex illa, *reus sanguinis*, i. e. qui ob caedem

poenae

Vulg. ant.

11. Nam qui dixit: non moechaberis, dixit et: non occides. Si autem non moechaberis, occideris autem, factus es transgressor legis.

12. Sic loquimini, et sic facite, quasi a lege liberalitatis iudicium sperantes.

v. 11. Qui enim adulterium, idem et caedem z) lege prohibuit. Quamuis ergo adulterii reus non sis, tamen si caedem commiseris, illam sine dubio legem spreuisti, cuius in ambo haec scelera summa est seueritas.

v. 12. Vnde vos hortor, quamuis ab illa liberatos lege, cuius atrox rigor omnibus peccantibus mortem denuntiabat, atque euangelio veniam poenitentibus ostendenti subiectos, vt ita et loquamini et agatis

Vulg. Hieron.

Qui enim dixit: non moechaberis, dixit et: non occides. Quod si non moechaberis, occides autem, factus es transgressor legis.

Sic loquimini, et sic facite, sicut per legem libertatis incipientes iudicari.

poenae est obnoxius. Deuter. XXXV, 27. Sic *reus mortis* vocatur, qui morte crimina sua luere debet, Deuter. XXXV, 31. Matth. XXVI, 66. Marc. XIV, 64.

Non ea mens apostoli, eius, qui vnum legis apicem neglexit, et, qui plura scelera suscepit, peccatum aequale esse: nec, qui in vno peccauit, easdem olim poenas daturum, ac si omnia praecepta violasset. Hoc dicit: si quis sub lege Mosaica vel vnicum praeceptum sciens volensque migraret, ita omnium fuisse reum, vt eadem capitis poena adficeretur, quae a totius legis transgressoribus repeti poterat.

Nec tamen hoc ipsum, nisi ad peccata consilio peracta, referendum: de aliis delictis si intelligas, falsum nimisque durum. Peccata enim ignorantiae, siue in legem moralem siue ceremonialem admissa, sacrificiis expiari lex iubebat: quibus oblatis peccati impetrabatur venia, nec aliam magistratus Iudaeorum poenam a reo petebat. Grauiora vero crimina morte, non sacrificiis, pianda erant: quae qui susceperat, mortis reus habebatur, et supplicium sine misericordia subire debebat. Eadem ratione res se habet sub euangelio: si quis enim maximi momenti legem, quae charitatem sociorum praecipit, migrare audet, ipsum Deum offendens, salute aeterna non minus excidet, quam si hoc et alia omnia Christi praecepta violasset. Nec tamen ambo haec peccata ideo aequalia, nec eadem olim poena amborum erit, nisi, quod vtrique crimini mors aeterna statuta sit.

V. 11. z) Exod. XX, 13. 14. XXI, 12. Leuit. XXIV, 17. 21. Deut. V, 17. 18. XIX, 11—13. XXII, 22.

tis *a*) [67]), tanquam ad normam legis chriſtianae iudicandi, quae eximiam pietatem atque ingenuum omnium amorem exigit, licet iugum vobis demat legis cerimonialis *b*), et ſpiritum terroris et ſeruitutis iubeat vos deponere [68]).

V. 13.

V. 12. *a*) *Sic loquimini et ſic facite etc.*] Miſericordia, quam euangelium oſtendit, non eo pertinet, vt verbis factisque noſtris nullum ſubeundum ſit iudicium. Ex factis noſtris, ſiue virtutis et pietatis imperio, ſiue dominio vitiorum ſubiectis, iudicabimur. Matth. V, 22. XII, 34—37. Act. XVII, 31. Rom. II, 6. etc. 2 Cor. V, 10.

67) *Οὕτω λαλεῖτε, καὶ οὕτω ποιεῖτε*] „Coniungit haec duo, *loqui* et *facere*, quae „in praecedentibus iam vrgebantur. *Sic loqui* debent, ſic in Deum reuerenter, „tanquam lege libertatis iudicandi, c. I, 13. 19. 26. Sic et *facere*, id eſt, *factores* „*auditi verbi fieri*, ibid. v. 22. MICHAELIS.

b) Vide c. I, 25.

68) *Ὡς διὰ νόμου ἐλευθερίας μέλλοντες κρίνεσθαι*] „Bene ſe ea habent, quae in paraphraſi ſupplet auctor, legem libertatis vberius deſcribens. Euangelium Iacobus iterum eo compellat vocabulo, ex quo peccatis ſuis praeſidium, ſibique „immunitatem ab obedientia Deo praeſtanda bonisque operibus petebant male „feriati homines. Id tamen ſubobſcurum, quomodo apoſtolus agendi loquendique timidam religionem, et neceſſitatem pietatis, inde repetat, quod iudicandi ſint *lege* LIBERTATIS. Cuius nodi haud paucos interpretes nullam habuiſſe rationem, eſt quod mireris. Plurimis expeditum videtur, minas ineſſe orationi, metumque futuri iudicii leuioris animi hominibus incuti. Quae „tamen ſi mens eſſet apoſtoli, *legem* potius *ſeueritatis* aut *iuſtitiae* dicturus fuiſſet, quam *legem libertatis*, quae optabile quid et indulgentiae plenum vel ipſo „nomine exprimit.

„Aliam loco medicinam adfert *Daniel* WHITBY, qui ita: *per legem libertatis: i. e. per legem amoris, quae nihil humani a nobis alienum eſſe vult, amorisque noſtri quaſi vincula laxat, ex lege Moſaica et tradita Iudaeorum diſciplina „orta. Haec enim amorem, et familiaris conſuetudinis libertatem, ad ſolos circumciſos reſtringebat.* At enim *lex libertatis* et *lex liberioris amoris* valde dicunt diuerſa, vt vix intelligam, Iacobum, ſi eam euangelicae doctrinae partem dicere voluiſſet, quae amoris praecepta praeſcribit, *legem libertatis* ſcripturum „fuiſſe.

„Vnde

Vulg. ant.

13. Iudicium autem non miserebitur ei, qui non fecit misericordiam. Supergloriatur 70) autem misericordia iudicium.

v. 13. Quamquam enim miti euangelio subiecti estis, de diuino fauore et indulgentia certi, si pietati et charitati studueritis: tamen tantum est a legibus Christi pretium misericordiae et amori statutum, vt damnationem immisericordem *c*) effugere non possit, qui erga socios misericordia non est vsus. Quicunque vero bonus aliis et beneficus fuerit [69]), et sincerae studuerit pietati; diuitias misericor-

Vulg. Hieron.

Iudicium enim sine misericordia illi, qui non fecit misericordiam: superexaltat autem misericordia iudicium.

„Vnde me haud poenitet, illius esse sententiae, quam prisca vulgata expressit. Haec enim, dum vertit, *quasi a lege liberalitatis* (forte, *libertatis*) *iudicium* SPERANTES, iudicium hoc non pro *extimescendo* habuit *malo*, sed pro „*bono sperando* et optando. Haec ergo fere erit Iacobi sententia: *ita sermones et* „*opera vestra instituite, vt decet homines, absoluentis et liberantis euangelii senten-* „*tiam sperantes. Quae quidem sententia minime de vobis feretur, nisi ipsi amorem* „*et misericordiam exerceatis. Qui enim haec negligunt, illis expectandum iudicium,* „*non mite illud euangelii, sed acerbissimum seuerae legis.* MICHAELIS.

V. 13. c) *Iudicium autem immisericors etc.*] Genes. XLII, 21. 22. Iobi XXII, 5. seqq. Prouerb. XXI, 13. XXVIII, 27. Matth. VI, 15. VII, 1. seqq. XVIII, 35. XXV, 41. seqq. Marc. XI, 26. Luc. XVI, 25. Iac. V, 1—6. Commate decimo et vndecimo monuerat suos, ex legis Mosaicae iure aeque dignos morte esse, qui singula, quam qui vniuersa eius praecepta neglexerint. Versu duodecimo ita loqui illos et agere iusserat, tanquam euangelio, quam legem vocat libertatis, iudicandos. Ne vero regerant, *mitiore esse euangelium quam legem indole, nec singulorum praeceptorum violationem eodem, quo vniuersorum, rigore vindicaturum:* addit, qui erga alios *misericordia* vsi non sint, nec ipsos habere, cur *misericordiam iudicis* exspectent. Quo innuit, non obstante euangelii mansueta illa indulgentia, esse tamen crimina capitalia, quibus contaminati experimentum olim horrendum capturi sint poenae, quam tanta benignitas offensa et irritata, Deique praecepta aequissima, si spernantur, exigunt.

69) Ἔλεος] „Si vllam connexionis rationem habeas, facile adparebit, quod mi„sericordiae genus menti apostoli inprimis obuersatum fuerit: illud nempe, quod „bene facit vel infimae sortis Christianis, ob euangelium adflictis, c. I, 27. En „tibi nexum orationis: *voluerat, viduas et orphanos in adflictione sua visitari,* „c. I, 27. *id vero fieri citra respectum personarum, prout requirit lex caritatis.*

ſericordiae diuinae ſuo diſcet experimento. Haec enim liberabit illum a ſententia mortis per legem lata, eamque quaſi victam triumphabit *d*).

SECTIO IV.

Cap. II, 14 — 26.

CONTENTA.

Summa religione legem ſuae genti peculiarem venerabantur Iudaei, qua tanquam tutiſſima via ad iuſtitiam et fauorem Dei iri ſibi perſuadebant. Cui errori magna cum adſeueratione opponebant apoſtoli, viam euangelicam, quae fide abſoluitur, vnam certo tramite ad gratiam Dei perducere.

Magnifi-

„*Quae lex magnopere obſeruanda ſit: ſi enim vel vnicum eius titulum ſciens ſpernas,* „*nec adflictis exhibeas miſericordiam, horrendum inſtare iudicium. Hoc vitari, ſi* „*ſis miſericors.* Idem ergo dicit apoſtolus, quod Ieſus piis olim in die iudicii „euenturum cecinit, Matth. XXV, 34 — 36. MICHAELIS.

d) *Et gloriatur miſericordia contra iuſtitiam.*] Dan. IV, 27. Sirac. XVI, 14. Matth. V, 7. VI, 12. 14. XXV, 33 — 40. Marc. XI, 25. Luc. VI, 27 — 38. XI, 41. Gal. VI, 9. 1 Ioh. IV, 17. 18.

Tres codices mſſ. a *Millio* commemorati pro, κατακαυχᾶται, *gloriatur*, legunt, κατακαυχάσθω, *glorietur*, et Syrus, κατακαυχᾶσθε, *gloriamini* ſupra iudicium et damnantem ſententiam, per miſericordiam aliis exhibitam. Videatur BEZA et TREMELLIVS. Capiatur tamen ſiue indicatiue, ſiue per modum hortationis; non multum erit diſcriminis. Norma erit, ſiue indicata, ſiue imperata, ad quam mores ſuos exigere debebant, vt, ſine ſtudio partium, eodem pauperum animas adfectu, quo diuitum, fouerent. 70)

70) Κατακαυχᾶται] „Aliam lectionis varietatem WOLFIVS in curis ad h. l. ad„dit, et tamen iure reiicit. *Cornelius* a LAPIDE ſuſpicatus erat, *Vulgatum*, vt„pote qui verterit, *ſuperexaltat*, legiſſe, κατανχᾶται, *ceruicem erigit*. Sed be„ne opponit WOLFIVS, Vulgatum non verba, ſed ſenſum reddidiſſe videri. His „addo, antiquiſſimam Italam, quae vertit, *ſupergloriatur*, communem graeco„rum codicum lectionem tueri. MICHAELIS.

Magnificas has apostolorum voces, fidem legi praeferentes, male interpretati erant Iudaeorum in Christum credentium aliqui. Fidem enim *sterilem* putabant *adsensum, quo veritatem doctrinae christianae probas:* qua doctrina suscepta superuacaneum putabant, praeceptis Christi obedire; atque ab omni se virtutis et pietatis studio immunes, haud secus atque a religionibus Iudaicis existimabant; hanc vero sterilem operibus fidem iustitiam et salutem consequi, sibi habebant persuasum.

Quam pestilentem sententiam, multiplicis foecundam parentem contagii, vt coërceret *Iacobus*, superiori capite grauissime praeceperat, vt non auditores solum, sed et factores verbi essent; linguae fraena adstringerent; orphanorumque et viduarum subleuarent miserias, nisi vanam esse suam pietatem ostendere vellent.

Sub initium nostri capitis studium partium increpat, misericordiamque erga socios omnibus vt maxime necessariam suadet, (v. 13.) qui Dei misericordiam exspectent.

Iam insignem necessitatem pietatis et sanctimoniae proponit: additque, non magis veram fidem existimari posse, si Christi doctrinam probes, male et inceste viuens, quam ea erga pauperes vera habeatur charitas, quae verba dat, non nummos: si te fidem habere dicas, credasque euangelio, hoc solo nomine ne diabolum quidem meliorem habendum esse, qui non credat solum, sed et ea, quae credit, horreat: sanctimoniam atque pietatem vnicum esse et inuictum verae fidei argumentum; nec alia ratione ac via *Abrahamum* iustitiae elogium adsequutum esse, qui non solum ea crediderit, quae Deus ipsi reuelauerat, sed et obedientia erga praecepta Dei fidem significauerit, ex quo honorificum *amici Dei* nomen sit consequutus. Nec vero *Rachabam* solum credidisse, Deum Palaestinam Israelitis daturum: sed et huius suae sententiae documenta dedisse, exploratoribus Israelitarum benigne habitis; atque hac ratione ruinae quasi publicae ereptam in populum sanctum concessisse.

Ex quibus omnibus hanc suarum cogitationum summam facit apostolus: sicuti cadauer mortuum non sit homo, sic et fidem bonis operibus sterilem non veram esse fidem, sed eius quasi cadauer.

PARAPHRASIS.

Vulg. ant.
14. Quid prodest, fratres mei, si quis dicat, se fidem habere, opera autem non habeat?

v. 14. Quid prodest homini *e*), fratres, si dicat [71]), sanae se fidei et purissimae tenacem esse, neglecto operum bonorum [72]) studio *f*)? Fierine potest, vt sterili isti fidei iusti-

Vulg. Hieron.
Quid proderit, fratres mei, si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat?

V. 14. *e) Quid prodest, si quis dicat etc.*] *Sic loqui et sic agere* eos iusserat apostolus, *tanquam ab euangelio, libertatis lege, iudicandos*: quod praeceptum si qui negligerent, metum illis damnationis ostenderat. Idem praeceptum vrget, interrogando: quid profit homini, si *dicat*, fidem se habere, nisi dictis facta congruant.

71) „Bene dissentit Noster a WOLZOGENO, qui ad h. l. ita: *non est ea vis in* „*verbo*, DICAT, *vt intelligatur aliquis tantum ore fidem iactare atque profiteri*, „*sed falso, ita vt eam re ipsa non habeat. Nam etiamsi habeat talem fidem, quae* „*consistit in consensu doctrinae Christi vt verae adhibito, si non progrediatur ad bo-* „*na opera, de quibus statim additur, hoc ei nihil proderit.* Vnde et verba apostoli „παραφράζω: *Id de se praedicat et iactat, atque inde gloriatur, vt de re bona ac* „*Deo placente.* Verior nobis omnino videtur BENSONII explicatio, credi- „musque apostolum eiusmodi homini fidem negare. Rationes ita sentiendi has „habemus: 1) λέγῃ ἔχειν satis coacte redditur, *gloriatur de fide*, quamuis vera. „Verbum λέγειν magis de familiari sermocinatione, quam de iactatoriis vocibus „adhiberi Graecis solet. 2) Ex sequentibus omnino adparet, apostolum doce- „re, huius hominis fidem in verbis, non in re esse. Comparat illam fictae bene- „uolentiae, quae cum in animo nulla sit, verbis et ore ostenditur: v. 15. 16. „Addit etiam v. 18. eiusmodi fidem nemini demonstrari posse, nec quod illa „existat, probari. 3) Fides, sine operibus creditae veritati consentaneis, si vel „maxime philosophice loqui velis, sepositis his, quae theologi docent, non „omnino audire potest veri nominis fides. Veritates a Christiano credendae „continent rationem bonorum operum, atque ita comparatae sunt, vt acerri- „mos virtuti stimulos addant, ac salutari et diuina fide creditae, pietatem ex „se et bona opera certo et necessario partu edant: vbicunque ergo opera bona „desunt, deest etiam ratio illorum sufficiens, fides in Christum. MICHAELIS.

72) Ἔργα] „Res ipsa clamat, opera intelligi, non quaelibet, sed bona, siue, „vt hoc ponam, quod menti scriptoris obuersatum credo, *fidei consentanea*: illa „opera, quae perficere veritas credita suadet. MICHAELIS.

f) Vide cap. I, 22. etc. IV, 17. V, 20. Matth. VII, 16—27. Luc. III, 10. etc.

g) Σώσαι

iuſtitiam debeat ac ſalutem? Non exiſtimauerim *g*).

Vulg. ant.
15. Numquid poteſt fides eum ſola ſaluare?

v. 15. Nullo negotio intelligetis, charitatem erga pauperes non ſolis verbis abſolui [73]): fingite enim, fratrem aut ſororem, cui vos eadem ſacra atque fides iungunt *h*), veſtibus aut *i*) victu deſtitui, vt vitae periculum adeat rerum maxime neceſſariarum penuria.

Vulg. Hieron.
Numquid poterit fides ſaluare eum?

16. Siue frater, ſiue ſoror nudi ſint, et deſit eis victus quotidianus; dicat autem illis ex veſtris aliquis, vadite in pace, calidi eſtote et ſatulli; non dederit autem illis alimentum corporis: quid ei prodeſt?

v. 16. Huic ſi quis verba det auxilium petenti, comiterque iubeat domo exire, cum voto omnis felicitatis, dicatque ſe opta[illegible] in alium quendam aliquando [illegible]dat, qui veſtibus datis a frigoris iniuria ipſum defendat, ac cibo et potu ſatiatum dimittat; nec tamen ipſe niſi verbis pauperem ſubleuet, quamuis non deſtitutus bene faciendi facultate: vllumne pauperi ex his votis commodum? aut, num

Si autem frater et ſoror nudi ſint, et indigeant victu quotidiano; dicat autem aliquis ex vobis illis: ite in pace, calefacimini et ſaturamini; non dederitis autem eis, quae neceſſaria ſunt corpori: quid proderit?

charitas

g) Σῶσαι αὐτόν] Clariſſime liquet, de *aeterna* ſalute loqui apoſtolum.

V. 15. 73) Simile ab apoſtolo propoſitum ex illa ipſa petitum eſt materia, quam „inde a capite I, 27. hactenus tractauerat, quaeque menti eius identidem ober„rabat: *ſuccurrendum adflictis ob Chriſtum fratribus eſſe.* MICHAELIS.

h) Gal. VI, 10.

i) *Nudi ſint, et deſit eis*] Pro καί, *et*, codex *Alexandrinus*, verſionibus *Arabicae* et *Aethiopicae* congruens, legit ἤ, *aut*. Vide MILLIVM.

Nudus ſaepe dicitur, qui non ſatis veſtitus eſt, aut cui vnum veſtium genus, quod mos et conſuetudo requirit, deeſt. 1 Sam. XIX, 24. 2 Sam. VI, 14. 20. Iob. XXII, 6. Ieſ. XX, 2. Ioh. XXI, 7. 1 Cor. IV, 11. 2 Cor. XI, 27.

Victus et amictus nomine ſcriptura ſacra ſaepe omnia complectitur, quae ad vitam tolerandam requiruntur. Geneſ. XXVIII, 20. Matth. VI, 11. 31. 1 Tim. VI, 8.

V. 16.

charitas et misericordia illius, qui fausta omnia precatus erat, laudibus videbitur celebranda? Minime quidem! verba enim liberali beneficio sterilia non iuuant *k*).

Vulg. ant.
17. Sic et fides, si non habeat opera, mortua est sola 75).

V. 17. Eadem ratione adsensus euangelio non denegatus, nisi bona opera sibi adiuncta habeat *l*), mortuus est in semetipso 74) 75) nec Deo iudice maioris pretii, quam fictae illi

Vulg. Hieron.
Sic et fides, si non habeat opera, mortua est in semetipsa.

V. 16. *k) Non dederitis autem illis, quae necessaria sunt corpori: quid proderit?*] Pro ratione facultatum [illegible]rarum necessitatibus aliorum succurrendum, Luc. III, 11. 2 Cor. VIII, 12. et [illegible]t. VI, 10. 1 Ioh. III, 17. 18. quod et saluator noster eodem animo iisdem praemiis ornabit, ac si ipsius subuentum esset paupertati, Matth. XXV, 34—40. eadem his poena statuta, qui misericordiam erga pauperes nullam adhibent, ac si in ipsum duri et ferreae fuissent frontis, Matth. XXV, 41. etc. 1 Ioh. III, 17. 18.

V. 17. *l*) Vide vers. 14. 20. 26.

74) Νεκρά ἐστι, καθ᾽ ἑαυτήν] „Communis, atque quod ego sciam, interpretibus „omnibus recepta distinctio haec verba cum praecedentibus arcto nexu coniun„git: *sic et fides sine operibus mortua est.* Liceat tamen nobis saltem per conie„cturam de alia interstinctione et explicatione cogitare, cum in hac hians quid„dam nec satis aptum videre nobis videamur. Hiat enim illud, *mortua est*, „quod hac interstinctione admissa apodosin facit totius similis, cum tamen in „ipso simili nihil compareat *mortui*, sed *inutile* quiddam et *non iuuans*. Deme „verba media, quae faciunt, vt hiatus minus intelligatur; quae tibi quaeso ora„tio: *sicut vota sine ope* INVTILIA: *sic fides sine operibus* MORTVA? Non re„spondent sibi ambo membra. Sic ergo distinguo, ea vsus libertate, quam sa„ni critici mihi circa distinctiones tabularum noui foederis facile concedent: „οὕτω καὶ ἡ πίστις, ἐὰν μὴ ἔργα ἔχῃ. Νεκρά ἐστι καθ᾽ ἑαυτήν. i. e. *Sic et fides, si* „*opera non habeat*: (sc. comparata est; eadem ratione *inutilis* est.) *Mortua est*, „*sola.* Duplex ergo sententia, haec illa grauior: eiusmodi fides sterilis et soli„taria non inutilis solum dicitur, sed et mortua, vt nomine fidei non magis „digna sit, quam cadauer nomine hominis ornandum est. MICHAELIS.

75) Καθ᾽ ἑαυτήν] „Si quis explicet, *in semetipsa*, verbum is quidem verbo redde„re videtur, obscuro tamen manente sensu. Hunc vero recte perspexit *Vulga*„*ta antiqua*, quae vertit: *sola*, et *Syrus* interpres, ܒܠܚܘܕܝܗ̇ reddens, hunc„que

illi charitati merisque verbis statuunt homines fame enecti.

Vulg. ant.
18. Sed dicet aliquis, tu opera habes, ego fidem habeo. Ostende mihi fidem sine operibus; et ego tibi de operibus fidem.

v. 18. Finge vero, sic alium te adloqui [76]): *tu fidem solam habes, bonis operibus destitutam; mea vero fides vt operibus bonis abundet, id mihi curae est. Scire ergo percupiam, qua mihi ratione tuam fidem m), destitutus operibus, demonstrare, et quasi in medium promere possis. Mihi vero in promtu est, operibus, quae perago, fidem meam oculis quasi tuis subiicere.*

Vulg. Hieron.
Sed dicit quis, tu fidem habes, et ego opera habeo. Ostende mihi fidem tuam sine operibus; et ego ostendam tibi ex operibus fidem meam.

V. 19.

„que sequutus Arabs ERPENII. Nempe, καθ' ἑαυτὸν esse dicitur, *qui apud* „*neminem alium est nisi apud se*, i. e. *solitarius*. Simili loquendi genere vsus „VIRGILIVS Georg. I. 388. 89.

„*Tum cornix plena pluuiam vocat improba voce,*
„*Et sola in sicca* SECVM *spatiatur arena.*

„vbi etiam, *secum spatiatur*, idem est ac, *sola spaciatur*. MICHAELIS.

V. 18. 76) Ἀλλ' ἐρεῖ τις] „Dicet nempe haec oppugnaturus, non (vt aliqui „festinantius existimarunt) apostoli dicta, sed (liceat mihi phrasi et vocabulo vti „*Whitbyano*) *solifidianum* istum, qui fidem sine operibus iactabat. Bene ergo „WOLZOGENVS: *imo potest quis Christianus pius iure merito tali homini, vt* „*eum confutet, dicere etc.* Erit ergo ἀλλὰ in initio huius commatis particula non „aduersatiua, sed vrgentis atque instantis disputatoris, vt Matth. XI, 8. 9. ἀλλὰ, „τί ἐξήλθετε ἰδεῖν, Luc. VII, 25. 26. Quod cum aliqui non animaduerterent, im„pedita illis visa est oratio apostoli: crediderunt enim, *tu fidem habes, ego ope-* „*ra*, obiectionem esse apostolo factam: cui ipse dein respondeat: *ostende mihi.* „Reputare tamen debuissent, apostolo opera hic inculcanti minime obiici posse: „*tu fidem habes, ego opera.* Auctorem antiquae Vulgatae in eas coëgit haec fal„sa explicatio angustias, vt contra codicum consensum sententiam apostoli inuerte„ret: *tu opera habes, et ego fidem habeo*: i. e. *tu de operibus modo, o apostole, disse-* „*ris, atque ea facis. Ego praestantius quid habeo, fidem in Christum.* Cum ta„men contra auctoritatem codicum haec mutatio facta sit, iure Hieronymus ab„errantem Latinam versionem in viam reduxit. MICHAELIS.

m) Ἐκ τῶν ἔργων] Sic vulgatae editiones textus Graeci habent, nec negauerim, bonam huic lectioni explicationem aptari posse: *Ostende mihi ex operibus fidem,* de

Vulg. ant.
19. Tu credis, quia vnus Deus. Bene facis. Et daemonia credunt, et contremescunt.

v. 19. Regeres ad haec n), quo tuam mibi fidem adprobes, idololatram te non esse, sed vnum, viuum, verumque numen credere o). Bene dicis, nec in hoc peccas: nec tamen adfers idoneum verae fidei argumentum qua gloriaris: et meam ego fidem operibus demonstrabo. Experimento vtrimque facto, adparebit, vter nostrum fidem suam melius probauerit: tu, qui sine operibus fidem iactas? an ego, qui religione et pietate mea ad bona opera facienda stimulor?

Vulg. Hieron.
Tu credis, quoniam vnus est Deus. Bene facis. Et daemones credunt, et contremiscunt.

VELESIVS tamen atque ESTIVS mentionem faciunt codicum, qui legant, ἐκτὸς τῶν ἔργων σου, *sine operibus tuis.* Nec tamen ἐκτὸς siue LXX interpretibus, siue scriptoribus N. T. significat, *sine*, nec vnquam hac significatione, quod nos sciamus, adhibetur, nisi semel in libris apocryphis 2 Maccab. XI, 25.

Grauioris tamen auctoritatis codices et versiones habent, χωρὶς τῶν ἔργων σου, quod omnino est, *sine operibus tuis.* Vide MILLIVM. Quae lectio tantis fulta auctoritatibus, cum et versu 20. sine dubio recurrat, et sensum reddat facilem atque obuium lectori, nostro etiam calculo comprobatur: in quo cum Anglo interprete facimus. 77)

77) „Codices, patres, versiones etc. pro hac lectione facientes, BENGELIO enumerante, sunt, *Alexandrinus, Barb.* 1. *Colb.* 7. *Cou.* 2. *L. Steph.* ια. *Aeth. Arabs* „ERPENII, *Armen. Copt. Vulg. Syr. Faustus Regiensis, Colinaei et Bezae editio, Castel*„*io, Hülsem. de aux. grat. in appendice* p. 344. *Clericus.* Grauissimis codicibus et anti„quissimis versionibus, (quibus *antiqua Vulgata* accedit) debitam lectionem non au„demus adspernari, videturque eam B. WOLFIVS in *Curis ad b. l.* nimio damnasse „receptarum lectionum fauore; quibus quamuis mirifice faueat, hanc tamen no„stram iure tuetur *Daniel* WHITBY: quem vide. Accedit, quod connexioni „sermonis illud ἐκ πίστεως satis sit ineptum. Concesserat apostolus aduersario suo, „vt fidem se solam habere iactaret: quomodo ergo ab eodem exigere poterat, vt „fidem *ex operibus* demonstraret. Nobis videtur ἐκ, quod vulgares habent co„dices, ex sequente commate ab incauto scriba translatum. MICHAELIS.

V. 19. *n) Credis, quod vnus sit Deus.*] Quae hinc vsque ad finem commatis 23 legis, ad quaestionem v. 15. propositam tendunt: *qua ratione veritatem tuae fidei aliis adprobare possis? Vtrum verbis? an factis?* Syrus quidem v. 24. pro ὁρᾶτε, *videtis*, legit, ὁρᾷς, *vides*, ac si orationem ad singularem aduersarium illo quoque versu continuaret apostolus. Calculis tamen codicum aliorum aut versionum lectio Syri destituitur. MILLIVS plura dabit.

o) Quod vnus sit Deus.] Et Iudaicae et Christianae hoc caput est religionis, rectae rationi omnino congruens, et quod valde inculcat sacra scriptura. Vide Deut. IV,

gumentum. Nec enim angeli Deo rebelles negant, vnum modo Deum existere: cum vero nihilominus scelera sceleribus addant, ipsa Dei cogitatio iure mentes illorum horrore perstringit p). Hunc enim iudicem suum fore, praesaga ipsis mali mens portendit, grauioresque sibi cruciatus inflicturum.

Vulg. ant.
20. Vis autem scire, o homo vacue, quoniam fides sine operibus vacua est?

V. 20. *Non ergo maioris tua fiet fides, homo vanissime q): nec dubites, fidem operibus bonis destitutam, mortuam et nullius vsus, vt in illis, sic in te esse. Quod si tua fides illorum persuasionem prorsus aequaret, non gloriaturus esses, nec vana turgeres fiducia: sed iudicii diuini recordatio eodem te esset commotura terrore 78).*

Vulg. Hieron.
Vis autem scire, o homo inanis, quoniam fides sine operibus mortua est?

V. 21.

IV, 35. 39. VI, 4. XXXII, 39. 2 Sam. VII, 22. 2 Reg. XIX, 19. Ps. XVIII, 31. LXXXVI, 10. Ies. XXXVII, 16. XLIV, 6. XLV, 5. XXII, 22. XLVI, 9. Hos. XIII, 4. Marc. XII, 29. 32. Ioh. XVII, 3. Act. XVI, 17. 1 Cor. VIII, 4. 6. Eph. IV, 6. 1 Timoth. II, 5.

p) Matth. VIII, 29. Marc. I, 24. V, 7. Luc. IV, 34. VIII, 28. 2 Petr. II, 4. Iud. 6. Apocal. XX, 10.

V. 20. q) Κενέ] Respondet Syriaco *Raca*, quod Matth. V, 22. damnatur, iniusta iracundia, aut ad iniuriam alii inferendam effusum. Apostolus vero non iracundia, sed charitate motus et misericordia, graui atque atroci obiurgatione pestilentissimum errorem coërcet. Verba enim eadem et facta saepe pro mente et fine diuerso iam pia sunt, iam impia.

78) „Connecte versum cum sequentibus, tanquam exordium noui argumenti, ab „exemplo *Abrahami* petiti, quo *Iacobus* nomen verae fidei merae illi et tepidae „persuasioni eripere conatur. BENSONIVS cum praecedente versu 19 coniun„xit, cuius facti rationes nos latent, cum ipse nullas adscripserit, contextus ve„ro Graecus alia omnia suadeat. Caeterum *mortua* ea fides *Iacobo* dicitur, quae

 „a Deo

Vulg. ant.
21. Abraham pater noster nonne ex operibus iustificatus est, offerens Isaac filium suum super aram?

V. 21. *Exemplo lapsorum angelorum ostendi, meram fidem veritati habitam nullius momenti esse: subiungam ergo et exemplum fidei cum obedientia coniunctae, quae Deo eximie placuit; exemplum maximae auctoritatis et momenti apud omnes Israele ortos* 79). *Abrahamus progenitor nostrae gentis nonne operibus bonis iustificatus est* r), *cum Isaacum altari impositum ligaret, eoque ipso paratum se demonstraret,*

Vulg. Hieron.
Abraham pater noster nonne ex operibus iustificatus est, offerens Isaac filium suum super altare?

„a Deo pluris non aestimatur, quam mortuum hominis cadauer; nec plura in ciuitate Dei iura habet, quam cadaueri mortuo in republica viuentium conceduntur. MICHAELIS.

V. 21. 79) „Ad *Abrahami* exemplum prouocat *Iacobus*, fidei verae naturam et „caussam iustificationis explicaturus: tum quia insigne prorsus ac clarissimum huius „rei exemplum erat, et plurimum ab illis citabatur, qui *Paulli* doctrinam per„uertebant; tum, quia ante legem vixit Mosaicam (quod recte obseruat WOL„ZOGENVS) ne quis argumentum apostoli euertere posset hoc praetextu: ad le„gis tempus exemplum adlatum referendum, legem vero abrogatam esse. MI„CHAELIS.

r) *Abraham pater noster nonne ex operibus iustificatus est?*] Vide Genes. XXII, 9. 12.

Iisdem verbis, ἐξ ἔργων ἐδικαιώθη, et ἐκ πίστεως, vtitur *Iacobus*, quibus *Paullus* Rom. III, 20. etc. Gal. II, 16. III, 11. Idem etiam citat *Abrahami* exemplum, idemque comma Mosaicum Genes. XV, 6. ex quo *Paullus* doctrinae suae argumentum petebat Rom. IV, 3. 22. 23. Gal. IV, 6.

Multum inde roboris antiquae iam opinioni accedit: *Iacobum* epistolam suam eo fine scripsisse, vt errores ex male intellectis *Paulli* epistolis ortos compesceret. Plura vide in dissertatione adiecta. 80)

80) „De fine *Iacobi* in scribenda epistola vide nostra prolegomena §. II.

„De concilianda *Iacobi* de fide et iustificatione sententia cum effatis *Paulli*, „siue adeo cum ipsa sana atque diuina de iustificatione per fidem solam doctri„na, paucula dicemus: ita quidem, vt missis aliorum explicationibus, quas sat „large

ret, vel cariſſimum filiorum victi-

mae

„larga manu, ſi opus eſſet, dare poſſemus, vnicam adferamus et ornemus, quae „optime rem conficere nobis quidem videtur.

„Δίκαιος, δικαιοσύνη, δικαιόω, duplici fere ſignificatu in ſcriptura ſacra acci„piuntur:

1) „*Strictiore*, vt *iuſtitiam forenſem* ſignificent. Hoc ſignificatu δικαιοῦν, *iuſti„care*, eſt, cum Deus hominem peccatorem a peccatis ſuis abſoluit, reatum et „poenam illorum ob Chriſti ſacrificium remittens. Sic *Paullus* verbo vſus, cum „docet, *ſola fide iuſtificari hominem ſine operibus legis*: ſic congruentem diuinis „oraculis ſuam de iuſtificatione ſententiam eccleſia noſtra intelligit. Ob ſolam „fidem, Chriſti meritum amplexam, iuſtificamur: i. e. peccata nobis noſtra „remittuntur, priſtinoque Dei fauori, quo genus humanum amplecti decreue„rat, reddimur.

2) „*Latiore*, vt *iuſtitiam forenſem atque moralem* (imputatam et inhaeſiuam) „vno vocabulo comprehendat. Hic vſus vocis in tabulis priſci foederis ple„rumque obtinet. Plurima Dauidis, Salomonis, prophetarum etiam comma„ta, vbi de *iuſto* (צדיק) loquuntur, eum intelligunt, qui et in foro diui„no ob ſacrificium Chriſti, quod fide et immolatis victimis amplexus erat ſu„umque fecerat, iuſtus et a peccatis innocens habebatur; et hanc forenſem „iuſtitiam pietate et iuſta vita ornabat. E. g. Pſalmo XXXIV, 16. eſt: *oculi „Domini in iuſtos* (צדיקים) *directi ſunt*. Non ibi intelligitur ſola fidei „iuſtitia, ſed ſine dubio vitae pietas huic adiungitur: hique *Dauidi* iuſti au„diunt, qui *timorem Dei didicerunt*, v. 12. *linguam a malo ſeruant*, v. 14. *re„cedunt a malo, et bonum faciunt, pacemque ſectantur*, v. 15. Nec vero ſola „eos pietatis et virtutis meditatio iuſtos effecerat: nam et noſtris ſacris non „addictus, ſolique Moſis litterae credens agnoſcat neceſſe eſt, victimis eos ob„latis peccata piaſſe et maculas vitae eluiſſe. Cui vero euangelii vox innotuit, „is non ignorat, ſola pietate et iuſtitia morali iuſtum neminem euadere, niſi „fide in Chriſtum reatum peccatorum deleas. Habes ergo loco citato, mille„nisque aliis, vocabulum *iuſti* in ſignificatu complexo, iuſtitiam forenſem et „moralem comprehendente. Eodem ſenſu capit *Iacobus*, cui δικαιοῦν eſt, *iu„ſtitiae et forenſis et moralis elogio aliquem ornare*, ſeu ille Dei actus, quo homi„nem et ob ſacrificium Chriſti, iuſtum, et ob virtutis bonorumque operum „ſtudium, pium pronuntiat iudicatque. Quae iuſtificatio *Abrahamo* ex ſola fi„de non obtigit: pius non ob vnicam fidem, ſed ob opera pietatis haberi poterat.

„Quae cum ita comparata ſint, vt conciliare amicitiam *Paulli* et *Iacobi* mutuum„que conſenſum videantur; petita etiam ex vulgata in ſacris litteris ambiguitate „vocabuli *iuſtitiae*: opus non erit, vt longo negotio interpretum ſcrinia compi-

 „lantes

mae loco Deo offerre s), certissime persuasus, Deum vel a mortuis illum excitare posse?

Vulg. ant.
22. Vides, quoniam fides communicat cum operibus suis, et ex operi-

V. 22. *Obscurumne vobis est, insigni hoc obedientiae eius argumento proposito, fidem eius cum operibus cooperatam esse* [81]*), atque opera fidem*

Vulg. Hieron.
Vides, quoniam fides cooperabatur operibus illius, et ex operi-

„lantes, siue *Iacobum de lege morali, Paullum de Leuitica loqui*, dicamus; siue, „*hunc de iustificatione coram Deo, illum de ea, quae ab hominibus proficiscitur*, „*agere*; seu tandem (quod eodem redit) ἐδικαιώθη vertamus, *iustus cognitus est*. „Periculi nihil nostra interpretatio grauissimae de iustificatione doctrinae creare „poterit: nec in eo noui quid et adcusandi committere videbimur, quod voca„bulo *iustificationis* alium praeter solemnem illum et forensem significatum tri„buimus. In quo habemus, cuius insistere licet vestigiis, *Iacobum* HEERBRAN„DVM. Videatur eius *compendium theologiae*, *loco de iustificatione*, pag. 439. „440. MICHAELIS.

s) Ἀνενέγκας Ἰσαάκ: *oblato Isaaco*] Actu ipso *Abrahamus* nondum obtulerat cruentam victimam *Isaacum*: promtus tamen ad offerendum eum animus Deo operis peracti loco erat. Genes. XXXIX, 9—12. 16. Hebr. XI, 17. Sirac. XLIV, 20. Semper etiam ea quae facere parati sumus, modo Deus iubeat velitque, ipsius operis loco habentur, eorumque, qui ita comparati sint, non aliorum voluntatem in rationem factorum refert Deus.

V. 22. 81) Συνήργει τοῖς ἔργοις] „Obscurior phrasis! Vulgata HIERONYMI ha„bet, *cooperabatur operibus eius*; sic et LVTHERVS et *Anglus*: obscuro manen„te sensu. Ita tamen interpretati videntur: *fidem effecisse eius opera*, seu, quod „idem est, *fidem eius operosam fuisse*.

„Qui tamen si sensus sit apostoli, redundabit ΣΥΝ in verbo composito συν„ήργει, cum non adpareat is, quocum fides cooperata sit. Accedit, quod τὰ „ἔργα in adcusandi, non dandi casu commemoranda fuissent. *Sam.* MARESIVS „in *Sylloge disputationum selectiorum* P. I. pag. 24. vt huic dubio occurreret, sta„tuit, *fidem cooperatam esse operibus instar caussae principalioris, in eximia illa A„brahami actione*, qua vel filium suum immolaturus erat. Quod forte lectori „aeque obscurum erit, ac mihi. Actio enim illa ipsa opus erat, de quo loqui„tur *Iacobus*: hoc vero opus quomodo opera *Abrahami* operata sint, nisi sua ipsius „caussa fuisse dicatur, haud intelligo. His ergo spinis impeditam explicatio„nem relinquimus, atque ita explicamus: *Vides ergo, in iustificando Abrahamo „mutuum fuisse atque amicum fidei operumque officium. Cum opera eius imperfe„cta*

Vulg. ant.
bus fides confirmatur.
23. Et impleta est scriptura dicens: credidit Abraham Domino, et aestimatum est ei ad iustitiam, et amicus Dei vocatus est.

dem reddidisse perfectam t)?

v. 23. *Tum demum scripturae illud dictum, quo multis ante annis sanctus ornabatur pater, plene et insigni ratione u) comprobabatur:* credidisse Abrahamum, et *(postquam obedientia fidei integritatem demonstrauerit)* hanc ei fidem imputa-

Vulg. Hieron.
bus fides consummata est?
Et suppleta est scriptura, dicens: Credidit Abraham Deo, et reputatum est illi ad iustitiam, et amicus Dei est adpellatus.

„*cta essent, nec possent ei iustitiam forensem adquirere, fides eius illis succurrebat.* „*Cumque fides sola, operibus destituta iustum reddat neminem, succurrebant opera,* „*veritatem fidei Abrahamicae probantia, et laude illum iustitiae moralis seu verae* „*pietatis ornantia.* Sic sibi bene respondet συνήργει et ἐτελειώθη. Forte idem „voluit auctor antiquae latinae versionis, quam supra habes. MICHAELIS.

t) *Et ex operibus fides consummata est.*] Hiatu aliquo laborat fides, quae data post susceptam quamuis fidem occasione, opera bona nulla parit. In latrone vero in cruce demum credente, et si qua alia sunt eiusdem indolis exempla, deerat occasio fidei veritatem vita pia et virtutis studiosa demonstrandi, quia statim post admissam in animum fidem moriebatur. Sed eius generis exempla non facile obuia, nec ad omnes Christianos referenda.

V. 23. u) *Et impleta est scriptura*] Locum citatum habes Genes. XV, 6. vbi de firma fide Abrahami in promissam sibi a Deo sobolem magnificas has voces Moses emittit. Quae vero ibi commemorantur, quinquaginta fere annos ante oblatum in altari *Isaacum* acciderunt, Genes. XXII, 9. quo obedientiae praeclaro exercitio peracto *Iacobus* locum illum Genes. XV, 6. impletum dicit. Nec tamen vaticiniis illud comma adnumerandum, sed ea mens apostoli: quae olim de fide *Abrahami* dixerit *Moses*, sensu eminentiore post immolatum *Isaacum* dici potuisse, cum tanto tamque eximio argumento fidem suam omnibus adprobasset. Magnae apud Iudaeos latitudinis et multiplicis sensus dictum erat: *scripturam impletam esse.* Nonnunquam implementum vaticinii proprie sic dictum designabat: nec tamen raro hoc sibi volebat, *simile quid accidisse, insignemque esse concentum inter dictum scripturae, et rem, quae contigerit*; fere vt nos dicimus, *prouerbio fidem factam illudque impletum esse:* tandem, vel hoc eadem phrasi dicunt, *verba scripturae aut prophetarum non inepte alicui facto adcommodari posse, illudque satis bene exprimere.*

Vel ex hoc solo *Iacobi* dicto vim et latitudinem phraseos percipimus: nec tamen

putatam esse iustitiam *x): familiariori etiam pectore Dei ex eo tempore fruebatur y), praeclaro inprimis elogio amici Dei honestatus z)* 83).

V. 24.

tamen desunt commata alia plurima, et ex Noui foederis tabulis, et ex Iudaeorum scriptis excerpta, quae eundem illi sensum vindicant.

Ex qua verbi ambiguitate si emergere voluerimus, locus ipse scripturae, qui impletus dicitur, explorandus nobis erit, eiusque vera et prima significatio antecedentibus et sequentibus collatis inuestiganda. Quod si loco ad normam grammaticam criticamque examinato adpareat, prophetam de futuris loqui, quae iam impleta ferantur, vaticinium proprie sic dictum, quodque re ipsa impletum sit, citari videbitur. Sin alia de re locutus propheta intelligatur, citatio eius per adcommodationem iudaeis familiarem explicanda erit. 82)

82) „Eadem sententia, quam BENSONIUS his verbis tribuit, iam perspecta, nisi „fallor, Vulgato interpreti. Cum enim versio antiqua latina haberet, *et im„pleta est scriptura*, nos hodie in Vulgata legimus, *et suppleta est scriptura*. Id „vero idem est, ac si diceres: *vera quidem iam erat scriptura, cum Abrahamum „annos LXXV natum iustum pronuntiaret: sed postea supplementum quasi nacta est, „cum iustitia Abrahami plus C annos nati clarissime demonstraretur*. MICHAE„LIS.

x) Genes. XV, 6. 1 Maccab. II, 52. Rom. IV, 3. 22. Gal. III, 6. Sic zelus Pinechasi iustitia ei aestimabatur, Ps. CVI, 30. 31.

y) Genes. XXII, 15—18.

z) 2 Paralip. XX, 7. Ies. XLI, 8. 83)

83) Καὶ φίλος Θεοῦ ἐκλήθη] „Quod ingens additamentum et corollarium factae „iam dudum iustificationis accessit. Commata, quae auctor nota *z)* citat, con„sule. Videtur nomen *amici Dei* actiue magis quam passiue capi, pro illo, *qui „Deum insigni dilectione amat*. Hunc enim amorem *Abrahamus Isaacum* sacrifi„caturus pater stupendo prodebat argumento, vt et angelus de caelo proclama„ret: *nunc noui* (insigni documento didici) *quod timeas Deum, filiumque tuum „a me non prohibueris*.

„Honorificum vero *amici Dei* nomen, quo ornatum esse *Abrahamum Iaco„bus* scribit, caue credas, binis modo locis iisque sacrae scripturae inueniri. Vi„detur illud vulgari Iudaeorum sermone tritissimum fuisse: vnde non solum „Iudith. VIII, 19. occurrit, sed et in Arabiam dimanauit, ac *Muhammedi* in„notuit, qui itidem *Abrahamum amicum Dei* vocare solet. Vide CLEMENTIS „*Romani* epist. 1. ad Corinth. cap. 10. et 17. seu ex editione *Wottoniana* p. 42. 82. „MICHAELIS.

V. 24. a)

Vulg. ant.
24. Videtis, quoniam ex operibus iustificatur homo, et non ex fide tantum.

v. 24. **Ex quibus hanc summam cogitationum facite, fratres: hominem hac fide iustificari, quae bona opera producit, non illa, quae effoeta quasi operum piorum fructu caret *a*).**

Vulg. Hieron.
Videtis, quoniam ex operibus iustificatur homo, et non ex fide tantum?

v. 25. Similiter et Raab fornicaria nonne ex operibus iustificata est, cum suscepisset exploratores ex XII tribubus filiorum Israel, et per aliam viam eiecisset.

v. 25. Alio vtar exemplo, eandem rem confirmante, quo vinci omnes pudeat! exemplo *Rababae*, origine gentilis atque ex impia Cananitarum stirpe procreatae, cuius vita diu inter suos infamis fuerat *b*). Haec tamen cum consilium Dei de Palaestina Israelitis concedenda

Similiter et Rahab meretrix nonne ex operibus iustificata est, suscipiens nuntios, et alia via eiiciens?

V. 24. *a*) Vide v. 14. 17. 21—23.

V. 25. *b*) ἡ πόρνη] Vox Hebraica et Syriaca *hospitam* quoque designat 84), quo sensu antiquorum aliqui Iudaeorum, hique summae auctoritatis, accepisse feruntur de *Rababa* adhibitam. Nec desunt, qui hunc vocabuli significatum primarium esse credant. Forte priscis temporibus feminae, quae alios hospitio excipiebant, infamia laborabant libidinis, vnde vocabulo, quod sua sponte medium erat, bona et mala significatio tributa est.

Rababae non mendacium laudatur, nec quod patriam saeuis hostibus prodiderit. Mendacia semper damnat scriptura, nec sacrosanctam quasi veritatem vllo pacto violari sinit. Patria vero *Rababae* ob idololatriam atque alia immania scelera internecioni sacra et deuota erat: nec si vel exploratores prodidisset, laborantem iamque ruentem ciuitatem restitutura fuisset. Fides eius est, quae commendatur, quod damnata idolorum superstitione verum Deum agnosceret, Ios. II, 1. 9. 10. 11. atque huic fidei congruentia, quaeque Deo putabat grata fore, peragebat. Mendacium probari non potest, excusari tamen, et quod ex timore profectum videtur, et quod *Rababa* impios inter et idololatras educata. Qualiscunque tandem olim fuerit, virtuti tamen postea studuisse videtur.

84) „Plus, quam opus erat, concedit auctor. זונה Hebraeis semper est *meretrix*, a radice זנה *scortatus est*. Putarunt quidem alii, deriuari posse a Chaldaico זון *alere*, vt sit, *quae hospitio alios excipit pascitque*: sed nullum adferunt argumentum, neque ex vsu vocis, neque ex versionibus antiquis petitum, „quo

denda auditu accepisset, nec ignoraret, quorum miraculorum auctoritas oraculis diuinis hac de re editis fidem faceret, non veritati solum credebat, sed et agebat ita, vt constaret eam credere. Exploratores enim a *Iosua* missos blanda hospitalitate domum suam recipiebat *c*), occultabatque ab his, qui vitae ipsorum imminebant, fugam quoque iuuabat, docens, eos alia, quam qua venerant Hierichuntem, via reuerti, ne in manus Cananitarum inciderent [85]): spreto

peri-

„quo haec deriuatio et significatio confirmetur. Iudaeorum vero extorrium au„ctoritas non tanta est, vt illis solis credamus. Accedit, quod vix in Palaestina „fuisse videantur, qui alios hospitio exciperent publico, coll. Genes. XIX, 1. 2. „Iudic. XIX, 15. seqq. MICHAELIS.

c) *Αγγέλους*] Duo codices a MILLIO commemorati legunt, *ἀγγέλους τοῦ Ἰσραήλ*; vnus etiam *Stephani* codex et editio *Colinaei* habent *κατασκόπους*, vt Hebr. XI, 31. quod et exprimunt versiones, *Syriaca*, *Arabica*, *Aethiopica*, *Coptica*.

85) *Ἐκβαλοῦσα*] „i e. *festinanter emittens.* Nihil haec vox violenti, nihil coa„ctionis infert, vt suspicari solent aliqui Graecae linguae non nimis periti, mi„nutasque inde emphases exsculpentes. Quem errorem et hic Vulgata vtraque „errauit, quae verbo *eiicere* nostrum reddidit. Non nego quidem, inesse in ver„bo Graeco emphasin, sed non illam, quam fere existimant. Quis enim dicat, „*a Rababa vi eiectos exploratores?* aut, quis id transferat ad Matth. VII, 4. 5. „*ἔκβαλε τὸ κάρφος*: cum ex oculis festuca summa manuum modestia eximenda, „non eiicienda sit? Quis credat, *Iesum* violenta ratione hominem eiecisse, vbi „legerit Marc. I, 43. *εὐθέως ἐξέβαλεν αὐτόν*? De pastore bono quis dicat, *eum vi* „*oues eiicere in pascua?* Ioh. X, 3. 4. Vera emphasis vocis duplex est: siue,
1) „*celeriter emittere*: quem et sensum hic habet. Cum periculum in mora es„set, omni festinatione vsa est *Rababa* in exploratoribus emittendis. Eodem „modo ponitur Matth. VII, 4. vbi festuca dicitur cito et citra moram ex oculo „eximenda. Idem sibi vult Marc. I, 43. *ἐξέβαλεν αὐτόν*, i. e. *festinanter a se* „*abire iussit.* Siue,

2) „*magna*

periculo, quod suo capiti inde creabatur. Cuius fides cum opera adiuncta sibi haberet, iustificata et ruinis erepta est, quibus impii ipsius ciues inuoluebantur, in populum etiam Dei admissa *d*).

Vulg. ant.
26. Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est, sic fides sine opere mortua est.

v. 26. Ex quibus meis dictis hoc colligite, fratres, haud secus ac corpus sine spiritu cadauer est, sic et fidem sine operibus, mortuam, vilem, nec vllius pretii esse *e*).

Vulg. Hieron.
Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est, ita et fides sine operibus mortua est.

2) „*magna copia emittere*, seu, vt Latini dicunt, *effundere*. Sic est Matth. XIII, „52. ὅστις ἐκβάλλει, *qui magna copia ex thesauro suo effundit vetera et noua*: et „Ioh. X, 4. ὅταν τὰ ἴδια πρόβατα ἐκβάλῃ, i. e. *cum magnum et copiosum gregem* „*in prata effundit*. Ambae hae emphases coniunguntur Matth. X, 38. ὅπως „ἐκβάλῃ ἐργάτας: i. e. *vt in messem suam maximam ingens operariorum agmen* „*quam citissime effundat*. Posterior etiam obseruari potest Matth. XII, 35. vbi „describitur homo ita abundans bonis cogitationibus, *vt ex ore erumpant*: ac „Ierem. XXIII, 30. vbi sanctus vates de loquacibus prophetis loquens, ait, „τοὺς ἐκβάλλοντας τὰς προφητείας γλώσσης, *qui vaticinia linguae effundunt*.

„Confer etiam RAPHELII *notas Polybianas* pag. 69. quae plura in eandem sen„tentiam ex *Polybio* collecta dabunt. Nos haec fusius ex ipso sacro Graecismo „disputanda duximus, vt satis vulgatum errorem, falsasque emphases, quas in„primis ad Matth. X, 38. insonare solent, refelleremus. MICHAELIS.

d) Vide Ios. VI, 22—25. Hebr. XI, 31. *Rahaba* nupsit *Salmoni*, praecipuo in Israelitis viro, ex quo concepta sobole progenitrix facta est *Iosephi*, qui pater *Christi* habebatur. Vnde et eius nomen in genealogia *Christi* legitur Matth. I, 5.

V. 26. *e*) Vide vers. 14. etc. et MAXIMI TYRII dissertationem XXX circa finem, vbi similem loquendi modum obseruabis.

SECTIO V.

Cap. III, 1 - 12.

CONTENTA.

Reuocat apostolus Christianos ex Iudaeis a vitio, quo haud pauci illorum laborasse videntur, *arrepta doctorum et censorum auctoritate, quamuis exiguos in doctrina Christi progressus fecissent, iraeque intemperantiam nondum sub iugum missam dictis factisque proderent.* Facem ergo subdituri ecclesiae, illamque concionibus inflammaturi, non sapienter eam recturi docturique videbantur.

Horum in mentibus defigere apostolus studet, quanti laboris sit linguae fraena adducere, nisi cauti sermonis longa accedat consuetudo: non minoris quidem negotii rem esse, quam equum domare, ad gubernacula sedere nauis, aut feras reddere mansuetas. Quantum vero habet dedecoris, eadem lingua benedicere Deo, hominibus maledicere!

PARAPHRASIS.

Vulg. ant.
1. Nolite multi magistri esse, fratres mei, scientes, quoniam maius iudicium accipiemus.

v. 1. Nollem quidem, fratres dilecti, multos ex vobis *a*) [86]) doctorum muneri in ecclesia Christi inhiare: multoque minus velim, auctoritatem illos magistrorum at-

Vulg. Hieron.
Nolite plures magistri fieri, fratres mei, scientes, quoniam maius iudicium sumitis.

que

V. 1. *a*) *Μὴ πολλοὶ διδάσκαλοι γίνεσθε*] Διδάσκαλος Iudaeis vt plurimum idem erat ac *Rabbi*: vide Ioh. I, 39. XX, 16. quem titulum impense amabant scripturae periti ac Pharisaei, eo inprimis sensu, quo *principem scholae, sectae antesignanum, doctrinaeque auctorem* designabat, Matth. XXIII, 7. Quae tamen nomina Christianis omnino non expetenda, multoque minus ad rem ipsam audaci gressu accedendum: cum solus Christus doctor noster sit, eiusque auctor doctrinae, quam amplecti debemus. Ioh. XIII, 13. 14. Matth. XXIII, 8. 12.

Cathedra

que censorum suo arripere au-

su.

Cathedra ac suggestu quantum delectati sint etiam hi ex Iudaeis, qui Christo nomen dederant, disce ex Rom. II, 19. etc. 1 Tim. I, 7. Crederem equidem, *Iacobum* omnino omnes reuocare Christianos ab adpetendo *magistri* ac *Rabbi* nomine, atque auctoritate doctorali in tradenda aliis via aeternae salutis, nisi voculam πολλοὶ, *multi*, addidisset. Ex hac vero colligo, *Iacobum*, (quamuis nosset illud magisterium, quod auctoritatem sibi et imperium in aliorum conscientiam arrogat, in regno Christi, vnici capitis et domini, consistere non posse,) non tamen omne *magistrorum* et *doctorum* nomen tollere velle 86), sed bono et innoxio vocabuli sensu permittere. Praestruit enim, ecclesiam Christi *quibusdam* doctoribus et magistris opus habere: quo officio vt rite fungerentur, Deus aliquos donis Spiritus S. instruxerat, Act. XIII, 1. 1 Cor. XII, 28. 29. Eph. IV, 11. Nimia doctorum multitudo castigatur, inprimis si ignari, impii, fastu turgentes, aut contentiosi homines praeclarum munus inuaderent. Confer Rom. II, 19—24. Gal. VI, 1. 1 Tim. I, 7. 2 Tim. IV, 3. Hebr. V, 12. Iac. III, 13. 1 Petr. V, 3.

Quanta muneris doctorum cupiditas vel in Christi remanserit ecclesia, ex celeberrima CLEMENTIS *Romani* ad Corinthios epistola legentibus adparebit. Vide §. XLI. etc. Pauca ex multis excerpam nostrum comma illustrantia: ἕκαστος ὑμῶν, ἀδελφοὶ, ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι κ. τ. λ. *vnusquisque vestrum, fratres, in sua statione gratus sit Deo, in omni viuens conscientia bona, nec migrans lineas officii sibi crediti.* Iterumque: ὁρᾶτε ἀδελφοὶ, ὅσῳ πλείονος κατηξιώθημεν γνώσεως, τοσούτῳ μᾶλλον ὑποκείμεθα κινδύνῳ: *videtis, fratres, quanto maiori Deus nos sit dignatus cognitione, eo grauiore subiectos nos esse periculo:* quod dictum nostro prorsus genuinum, maiorem illis poenam denuntianti, qui muneribus honorificis, non sine vberiori cognitione veritatis diuinae rite peragendis, ambitiosius inhiarent. Qui illam CLEMENTIS epistolam legerunt, sciunt, praecipuum eius finem esse, vt reuocaret Corinthios a relinquendis priscis dignisque pastoribus, quorum in locum duos iuuenes muneris ecclesiastici cupidos sufficere conabantur. Vide inprimis §. 44. et 47. (vbi *pudendum et Christianae fidei professione indignum*, ait, *ecclesiam Corinthiorum constantiae et antiquitatis laude illustrem duorum hominum caussa contra seniores suos seditionem moliri*) §. 48. sub finem, §. 54. et 57. sub initium.

86) „Ea si cogitaueris, quae bene congessit BENSONIVS, calculum WOLZO„GENIO ad h. l. denegabis, qui ita: *per doctores vel magistros intelligi videntur „tales, qui sumunt sibi hoc, vt in alios fratres censuram exerceant, eamque rigi„dam.* Confer etiam, quae in *prolegomenis* scripsimus §. VI. 1. pag. 36. 37. „Idem WOLZOGENIVS vocabulum πολλοὶ intelligit non tam de multitudine „quam de magnitudine et auctoritate doctorum. Sic ille: *id cauendum, ne ii, „qui adhuc ipsi sunt multa docendi, vsurpent sibi facile partes, alios seuere monendi,* „ac

ſu *b*). Cogitare enim debetis, hos, qui aliis praeſunt *c*), Chriſtique docent eccleſiam, niſi cenſores ſibi ipſi rigidi fuerint, caſte religioni ſuae ſeruientes, grauiorem peccatorum ſuorum facere reatum, iudicemque Deum ſeueram in illos et horribilem ſententiam laturum *d*).

Vulg. ant.
2. Multa autem er-

v. 2. Cum vero omnium noſtrum *e*) natura lubrico quaſi greſſu

Vulg. Hieron.
In multis enim ad

„*ac redarguendi*, *quaſi eſſent multi*, *i. e. magni atque eximii doctores et magiſtri.* „*Nam vox ea*, *quae ſignificat* MVLTVM, *ſolet etiam accipi pro* MAGNO: *vt* „*Matth. V*, 12. *XXIV*, 30. *Marc. XIII*, 26. *Luc. XVI*, 10. *Act. XXI*, 40. *XXIII*, „10. *XXVII*, 21. *Et apud LXX interpretes eſt id vſitatum: vt Geneſ. XV*, 1. „*Pſ. XXXVI*, 6. Plurima quidem exempla omnino praeter rem adlata adcurato lectori videbuntur: in his tamen ipſis, in quibus πολὺς verti poteſt *magnus*, „non eum deſignat, qui auctoritate magnus ac grauis ſit, vt Act. XXI, 40. Nolim ergo, relicta ſignificatione toties totiesque obuia, nouam vocabulo mentem „induere. MICHAELIS.

b) Qui male et iniuria ad cathedras et ſuggeſtus adrepunt doctorum, (quo in numero ignaros omnes et impios doctores habeo) rugas et frontem Catonum haud raro contrahunt, ſociorum errata grauius caſtigantes. Quae pars non exigua criminis ipſorum. Vide Matth. VIII, 1 — 5. Luc. VI, 37. Rom. II, 1. 19 — 24. 2 Cor. I, 24. Gal. VI, 1. 1 Petr. V, 3.

c) Codicem mſ. MILLIVS adfert, qui legit λαμβάνετε, verſionis *Copticae* et *Vulgatae* auctoritate ſuffultum. Vulgaris tamen lectio grauioribus auctoritatibus commendatur. Adparet ex ea, de his loqui *Iacobum* magiſtris, qui eccleſiam Chriſti inſtruant, quae ſapientiam et pietatem in ſuis rectoribus requirit. Ipſe enim his ſe doctoribus addit, dicens: *quod maius accepturi ſimus iudicium.* Idem loquendi modus acerbitatem correptionis mitigat.

d) Sirac. VII, 16. Sapient. VI, 4 — 8. Matth. VII, 1. 2. XXIII, 14. Marc. XII, 40. Luc. VI, 37. XX, 41. Rom. II, 1 — 6. Hebr. XIII, 17. Vide, quae nota *a*) ex CLEMENTE *Romano* excerpſimus.

V. 2. *e*) 1 Reg. VIII, 46. 2 Paralip. VI, 36. Iob. IX, 2. Pſ. CXXX, 3. CXLIII, 2. Prou. XX, 9. Cohel. VII, 20. 22. Sirac. VIII, 5. XIX, 16. 1 Cor. IV, 4. 1 Ioh. I, 8. 10.

f) Πταίο-

Vulg. ant. ramus omnes. Si quis in verbo non errat, hic erit consummatus vir. 87) Potens est, se infraenare, et totum corpus.

ad peccatum labatur *f*): timidi esse debemus in aliis adcusandis, eaque statione nobis vindicanda, quae errata nostra grauiora facit. Si quis vestrum ne in sermone quidem ac dictis peccat *g*), eximium illum ac consummatum praedico *h*): reliquis ille membris eorumque actionibus non minori cura ac linguae intendet, cuius fraena adducere difficillimum *i*).

Vulg. Hieron. offendimus omnes. Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir 87): potest etiam fraeno circumducere totum corpus.

Is de-

f) Πταίομεν] Similitudo ab illis petita, qui negligentius in via lubrica ambulant. Vide Rom. II, 11.

g) Ps. XXXIV, 13. XXXIX, 1. 2. Prouerb. XVII, 20.

h) Τέλειος ἀνὴρ] Ps. XV, 3. XXXVII, 30. Prou. X, 19. XII, 13. XIII, 3. XIV, 3. XXV, 9—12. Sirac. XIV, 1. XIX, 6. XXV, 11. Matth. XII, 37. Iac. I, 26. III, 13. 17. 1 Petr. III, 10. Christiani perfecti vocantur, vberioris cognitionis et sanctitatis habita ratione, tironibus oppositi. 1 Cor. II, 6. XIV, 20. Phil. III, 15. 2 Tim. III, 17. Iac. I, 4.

87) Τέλειος ἀνήρ,] „Ita quidem distinguunt versiones et interpretes mihi visi, vt „ἀνὴρ cum adiectiuo praecedente coniungant, atque a sequentibus per comma „separent. Vereor tamen, vt satis placeat Graecis auribus constructio, τέλειος „ἀνήρ, adiectiuo ante substantiuum posito, quamuis eam a legibus grammaticis „non omnino alienam sciam. Quid ergo? si ita distinguas: οὗτος τέλειος, ἀνὴρ „δυνατὸς χαλιναγωγῆσαι καὶ ὅλον τὸ σῶμα: *ille perfectus est; atque vir* (fortis et) „*valens totum corpus fraeno regere.* Concinnior sic erit oratio: nec vlla ratione „ἀνὴρ redundare videbitur. Equo enim regendo ac fraenis compescendo non „quilibet sessor, sed is, qui virili robore sit, sufficit. MICHAELIS.

i) Δυνατὸς χαλιναγωγῆσαι καὶ ὅλον τὸ σῶμα] GROTIVS *corporis* nomine ecclesiam Christi intelligit, quae eodem vocabulo designatur 1 Cor. XII, 20. 25. 27. Ephes. IV, 12. 16. Col. I, 18. Apta omnino reliquae orationi explicatio. Versu enim primo nimios muneris ecclesiastici candidatos a cupiditate sua et ambitu reuocauerat: iam vero illum, qui ne in verbo quidem peccat, totum corpus fraeno coërcere, id est, (interprete GROTIO) totam ecclesiam regere posse dicit: qua re doctoris absoluitur officium.

Habeo

Is demum, cuius eousque progressa est prudentia et virtus, ignaros rite erudiet, et peccatores castigabit.

Vulg. ant.
3. Si autem equorum fraenos in ora mittimus 89), vt possint consentire, et totum cor-

v. 3. Quid vero lingua efficiat, quacunque tandem ratione ea vtaris, similitudine proposita demonstrabo. Ecce enim 89) lupatum et lora in ora equorum immitti-

Vulg. Hieron.
Si autem equis fraena in ora mittimus ad consentiendum nobis, et omne corpus illo-

mus

Habeo tamen quae GROTIO opponam: 1) Frequens vsus est vocabuli *corporis* sine alia voce ei subiuncta, in adpetentia voluptatum designanda: nunquam vero, quod ego quidem sciam, in tabulis noui foederis *ecclesiam Christi* significat, nisi alio vocabulo addito, quod lectorem de corpore non physico, sed morali et mystico cogitare iubet. 2) Verbo χαλιναγωγεῖν noui foederis scriptores de *regenda Christi ecclesia* nunquam vtuntur 88). Nec tamen nego, vsum vocis, modo probari locis idoneis posset, satis fore elegantem. Sic IVVENALIS *Sat. X, v. 126.*

— — *Saeuus et alium*
Exitus eripuit, quem mirabantur Athenae
Torrentem, et pleni moderantem fraena theatri.

3) Lingua *membrum* vocatur v. 5. cui v. 6. *reliqua membra* opponuntur, quae, modo orationi filum et concinnitas constet, idem erunt, quod hic *totum corpus*. 4) Similitudines, quae sequuntur, minus GROTIO fauent, illa inprimis, quam v. 6. habes, vbi lingua in reliquis membris constituta igni materiam inflammanti comparatur; nec ὅλον τὸ σῶμα, quod ibi commemoratur, aliud quam humanum corpus esse potest.

Nec vllo incommodo ea laborat explicatio, quae litteram et proprias verborum significationes premit: atque haud scio an docere illos velit *Iacobus*, doctorum muneri aptissimos esse, qui adpetitibus suis corporis voluptate gestientibus fraena non laxant.

88) „Benignus GROTIO obtigit aduersarius. Ecclesia Christi sponte obedire creditur, nec, vt equi, fraenis, sed rationibus et consilio regi. Dura ergo, nec in „ecclesiam honorifica locutio: *ecclesiam fraeno circumducere.* MICHAELIS.

V. 3. 89) *Si autem* etc.] „Latinus interpres et vetus, et castigator eius, non vt „nostri codices habent ἰδοὺ vel ἴδε legit, sed εἰ δὲ *si vero*, quam lectionem *Arabica* „etiam versio et *Coptica* expressit. Nec pauci eandem codices manuscripti con„firmant, recensente Venerabili BENGELIO, *Alexandrinus*, *Colb.* 7. *Lu. Pet.* 3. *Steph.*

Vulg. ant. pus ipſorum conuertimus.

mus *k*), quibus coërceamus illos, exiguo ferro totum corpus ferae viribus pollentis circumagentes.

Vulg. Hieron. rum circumferimus.

4. Ecce et naues tam magnae ſunt, et a ventis tam validis feruntur, reguntur autem paruulo gubernaculo, et vbicunque diriguntur voluntate eorum, qui eas gubernant.

v. 4. Sic et nauigia, magnae quamuis molis, nimborumque et tempeſtatis vi iactata, ſpreta quaſi mole et procellarum impetu exiguo gubernaculo reguntur, paretque curſus illorum voluntati gubernatoris. 90)

Ecce et naues, cum magnae ſint, et a ventis validis minentur, circumferuntur a modico gubernaculo, vbi impetus dirigentis voluerit.

5. Sic et lingua paruulum membrum eſt, et magna gloriatur.

v. 5. Vt vero equi paruulo fraeno, et naues gubernaculo reguntur, ſic magni coetus hominum lingua mouentur et impelluntur: quae, exi-

Ita et lingua modicum quidem membrum eſt, et magna exaltat.

„*Steph. 8. ια. ιγ. Uffenb. et tres alii.* Vnde miramur, B. WOLFIVM, amore receptae ſcriptionis, voces, cuius idonei teſtes dari poſſunt, prorſus damnare: *quod* „*vero quidam* (ſic Vir erudititiſſimus) *habent*, εἰ δὲ, *idem ad ſeriem ſermonis prorſus non quadrat*, *neque enim* ἀπόδοσις *ſequitur*. Atqui apodoſis extremo com„mate abſolui poteſt, καὶ ὅλον τὸ σῶμα αὐτῶν μετάγομεν, modo καὶ facias parti„culam ἀποδοτικὴν vertasque: *tum totum illorum corpus circumagimus*. Quam „explicationem iam olim GAGNAEVS vidit. Non negamus, conſtructionem „hanc paullo impeditiorem nec omnibus lectoribus intellectu facilem eſſe. Cum „vero criticorum illam legem maximi faciamus, quam bene et prudenter ſtatuit „Venerabilis BENGELIVS in *introductione in criſin N. T. §. XXXI*, pag. 384. „*Vbi altera* (lectio) *magis*, *altera minus facilis eſt*; *ea*, *quae quiddam priſcum*, „*graue*, *breue habet*, *praeponitur*: *ea*, *quae maiore perſpicuitate et plenitudine* „*blanditur*, *tanquam conſilio introducta plerumque poſtponitur*: lectionem εἰ δὲ, „quam non omnes ſcribae intelligebant, eamque facile temeraria correctione in „ἴδε, ac deinceps in ἰδοὺ mutabant, genuinam agnoſcimus. MICHAELIS.

k) Pſ. XXXII, 9.

V. 4. 90) ἡ ὁρμὴ τοῦ εὐθύνοντος] Explicant interpretes, quos vidimus, de *vo*„*luntate* dirigentis. Vix tamen conuenit vocabulum voluntati gubernatoris, quae „non impetuoſa, ſed cauta et prudens eſſe et ſolet et debet. Videtur potius de„ſignare, *impetum nauigio a gubernatore impreſſum*, den Schuß, den das Schiff „durch Kunſt des Steuermanns bekommt. Sic alias de impetu aquarum, ἡ ὁρμὴ „τῶν ὑδάτων Prouerb. XXI, 1. MICHAELIS.

exiguum quamuis membrum, iactantius tamen gloriatur *l*), nec raro magna efficit *m*). Alia etiam similitudine vis eius illustrari potest. Mirum, quam exigua scintilla immensam lignorum struem accendat *n*).

Vulg. ant.
v. 5. Ecce pusillum ignis in quam

v. 6. Sic et lingua ignis est *o*), mundusque

Vulg. Hieron.
Ecce quantum ignis quam ma-

V. 5. *l*) Exod. XV, 9. 2 Reg. XVIII, 23. seqq. Ps. XII, 3. 4. LXXIII, 8. 9. Ies. XIV, 13. Dan. IV, 30.

m) Μεγαλαυχεῖ] Verbum quidem ipsum significat, *iactantius gloriari*: Quo vero aptius duplici respondeat simili, hic ei sensus tribuendus, linguam quamuis exiguam etiam *magna perficere* posse, vt fraenum equos circumagit, naues gubernaculum.

Quantas res agat lingua, siue bonas siue malas, disce ex Prouerb. X, 20. XII, 18. XIV, 3. XV, 2. 7. XVII, 14. XVIII, 6. 7. 8. 20. 21. Cohel. X, 12. 13. 14. Vide *Sophocl. Philoct.* pag. 237. Sirac. XXVIII, 13. 2 Petr. II, 18.

n) Sirac. VIII, 32. XXVIII, 8-12. Ὕλη est *Iacobo materia*, seu *caesarum arborum congeries*, vt fere semper Graecis. Eodem sensu *materiae* vocabulo CVRTIVS vtitur l. VI, c. 6. *multam ceciderat miles materiam*, quam postea incendebant, vt hostes vna concremarent. 91)

91) „Obscurius auctor sententiam dixit, nec vt ab aliis intelligi possit, nisi quibus „interpretum reliquorum explicationes in hunc locum notae sunt. Nempe „sunt, qui ὕλην *siluam* vertunt, vt Vulgatus interpres vterque, GAGNAEVS, „MENOCHIVS, alii. Horum tamen sententiae accedere non audet auctor, quia „rarius siluae incendiis corripiuntur, viridi ligno ad ardendum inepto: sequutusque ERASMVM caesas arbores et aridas explicat.

„Sententiam ipsam a *Iacobo* prolatam eleganter illustrat, atque olim in prouerbio fuisse docet B. WOLFIVS in *Curis ad h. l.* Idem lectionem vulgarem „ὀλίγον πῦρ iure contra illos defendit, qui ἡλίκον πῦρ legi iubent, *Alexandrini*, „*Barberiniani* ac *Velesiani* codicis, et versionis vulgatae auctoritatem sequuti. „Non habemus, quae grauissimi Viri argumentis addamus, nisi, auctoritatem „Vulgatae versionis hic vacillare, cum antiqua Vulgata verterit, *pusillum ignis*, „adeoque sine dubio legerit, ὀλίγον: quin et dubitari possit, an forte *quantus* in „Vulgata idem sit, ac *quantillus*. MICHAELIS.

V. 6. *o*) Ps. CXX, 3. 4. Prouerb. XVI, 27. XXVI, 20. 21.

p) Ὁ κόσ-

Vulg. ant. magnam siluam incendium facit! Et lingua ignis seculi iniquitatis. Lingua posita est in membris no-

dusque quasi iniustitiae *p*): illud in nostris membris muneris habet lingua, quod ignis in materiam immissus. Polluit et contaminat 93) omne corpus humanum *q*), cursumque vitae nostrae accendit *r*).

Vulg. Hieron. gnam siluam incendit! Et lingua ignis est, uniuersitas iniquitatis. Lingua constituitur in membris

Titio

p) Ὁ κόσμος τῆς ἀδικίας] Ingens rei abundantia hac phrasi designari solet. Sic *mundum diuitiarum*, *mare miseriarum*, *Oceanum voluptatum*, *diluuium improbitatis* nos Angli dicimus: nosterque ille poëta in carmine de *amisso paradiso* habet, *an universe of Death*, *mundum aliquem mortis*. Eademque ratione *Iacobus* linguam hominis *mundum*, *i. e. complexum aliquem omnium* vocat *malorum*.

Syrus vertit: *et lingua ignis est*, *et mundus peccati est instar siluae.* Vide TREMELLIUM, MILLIUM, SCHAAFIUM. Sed lectionem, quam exprimit, καὶ ὁ κόσμος τῆς ἀδικίας ἡ ὕλη, nullus neque codex neque interpres confirmat. Prorsus etiam immutat comparationis membra eodem in commate: primum enim *lingua* ignis et *improbum seculum* materia est, deinde ignis quidem *linguae* comparatur, sed materiae *corpus hominis*. 92)

92) „Eandem quamuis non lectionem, sententiam tamen exprimit Latina vetus, quae „legisse videtur, καὶ ἡ γλῶσσα πῦρ τοῦ κόσμου τῆς ἀδικίας, i. e. *lingua ignis est*, „*quo mundus iniustitiae inflammatur*. Nec tamen tam paucis, vel potius vnicis „auctoribus noua lectio credenda, sed in recepta persistendum erit. Multo magis „repudianda audacior CLERICI coniectura, qua, καὶ ἡ γλῶσσα πῦρ, ὁ κόσμος τῆς „ἀδικίας, pro scholio seu marginali habet, per errorem in textum illato. Mirum „quidem dictu et insolens, scholion in textum ita irrepere, vt omnibus codicibus „et versionibus eius imprimantur vestigia: festinantiusque et nimis licentiose fa„ctum, si verba optimum sensum fundentia, nullam rei auctoritatem adferens, „damnes. MICHAELIS.

93) Σπιλοῦσα] „i. e. *nequitiam diffundens in omnia corporis humani membra*, o„*mnesque hominis actiones contaminans. Vide Matth. XV*, 11. 18. 19. Maculare „*ponitur pro* inficere quadam malitia, *vt et Hebr. XII*, 15. Haec WOLZOGE„NIUS; bene, si nobis iudicare liceat. Saltem Hebr. XII, 15. non tam de pol„lutione, quam de morbi contagio, quod ab herbis amaris et venenatis proficisci „solet, sermonem esse liquet. Verbum etiam Latinum *contaminare*, quod Grae„co nostro alioqui respondet, proprie est, *contagio inficere*, anstecken, vtpote ex „*contagminare* ortum. MICHAELIS.

q) Prou. XVII, 6. Cohel. V, 6. Sirac. VIII, 10. XXVIII, 25. 26. Matth. XV, 11. 18. 19. 20. Marc. VII, 15. 20—23. 1 Cor. XV 33.

r) Καὶ φλογίζουσα τὸν τροχὸν τῆς γενέσεως [ἡμῶν] ita legendum, praeeuntibus codicibus

Vulg. ant. stris, quae maculat totum corpus,

Titio autem, cui tantum incendium originem debet, ipse igne infer-

Vulg. Hieron. nostris, quae maculat totum cor.

dicibus et versionibus antiquis. Vide MILLIVM. Comma vertendum: *et accendens rotam, seu cursum vitae nostrae.*

Vita hominum rotae comparatur, quae, cum nascimur, moueri incipit, citoque motu vsque ad mortis tempus voluitur. Quae quasi rota vbi agitante lingua iusto plus festinat, ignem concipit, quo tota machina consumitur. 94)

94) „Crux interpretum hic locus est. Syrus vertit: *atque lingua, vbi fuerit in „membris nostris, contaminat totum corpus nostrum, et accendit series generationum „nostrarum, quae currunt vt rota.* Eadem ergo sensit, quae B. WOLFIVS in „*Curis* expromit: intelligi generationes successuras alias aliis, omnes a lingua „communi fato incendendas. Nec tamen ex hac explicatione satis intelligere „licet, cur tam insolita phrasi vsus sit *Iacobus.* Nec enim in se redeunt generationes, vt rotae similes existimari possint. Adfert quidem Vir eruditissimus versus ANACREONTIS *Ode IV. v.* 7. 8.

Τροχὸς ἅρματος γὰρ οἷα
Βίοτος τρέχει κυλισθείς.

„Sed legenti statim adparet, non ibi de generationibus sibi succedentibus, sed „de singulorum hominum vita sermonem esse.

„BENSONII explicatio hoc incommodi habere videtur, quod comparationem institui creditur apostolus cum euentu, qui rarius accidit. Quam rarum „enim est, rotam cursu nimis feruido incendi et comburi?

„Sunt, qui τροχὸν γενέσεως maluerunt *rotam naturae* exponere, vt *Arabs* et „*Aethiops:* quid vero similitudinis rotam inter et naturam intercedat, perspicere „nobis non licuit. Scilicet, vt poëtae, ita interpretes caueant, ne pisces auibus „geminentur, tygribus agni.

„Eruditam prae reliquis interpretationem iam dudum attulit QVIROS, „rotam explicans antiquissimum illud supplicii genus, cuius iam Prouerb. XX, „26. in versione Graeca mentio fiat: *rex sapiens impiorum conquassator est*, καὶ „ἐπιβαλεῖ αὐτοῖς τροχὸν, *et rotam agitabit super illos.* Cui supplicio et ignem adhibitum docet. Sensus foret, *linguam ad tormenta hominum multum conferre.* „Nec tamen video, quid hac admissa explicatione vocabulum γενέσεως sibi „velit.

„Si omnino τροχὸν, cum accentu in vltima, legere oporteat, ac verti, *rotam natiuitatis,* crederem respici *orbem caelestem, qualis est circa horam nascendi,* seu „*thema genethliacum:* hoc vero, petita ab astrologis superstitiosis phrasi, significare posset *complexum actionum humanarum.* Rotam natiuitatis accendere, foret, „*omnes hominis actiones totamque vitam litibus et atra face turbare.* Pulcra et ele-„gans

Vulg. ant. et inflammat rotam natiuitatis, et incenditur a gehenna.

7. Omnis autem natura bestiarum, si-

infernali comburendus erit *s*).

v. 7. Haud aliud occurrit simile, licentiosam linguae audaciam viuis magis coloribus pingens, quam hoc ab igne petitum, qui vbi semel accensus est, per omnem materiam

Vulg. Hieron. pus, et inflammat rotam natiuitatis nostrae, inflammata a gehenna.

Omnis enim natura bestiarum, et

„gans locutio, nec obsit origo superstitiosa, quam eandem fere in phrasi apostoli c. I, 17. obseruabis.

„Nec tamen video, cur his, quae a GROTIO dudum obseruata sunt, vti „non liceat. Legit ille τρόχον, cum accentu in prima syllaba, et explicat, *cur„sum natiuitatis.* Intercedit quidem B. WOLFIVS: *ingeniose quidem*, inquit, „*sed minus vere.* Nullum huius iudicii argumentum adiecit Vir clarissimus: „coniectura tamen adsequor, id carpi, quod lectionem vulgarem deserat GRO„TIVS, idque sine codicum auctoritate. At quaeso, quid ad nos lectio vulgaris „et codices, si sermo sit non de litteris Graecis, sed de silua ista accentuum, „quam cum vera et antiqua Graecia extra scholas grammaticas ignoraret, recen„tior manus adiecit, nulla a nobis religione colenda? *Cursus natiuitatis* ergo „erit, *totus vitae cursus a primo halitu ad extremum, qui agitur, spiritum* Hunc „dicitur lingua accendere, i. e. *concitatiorem facere.* Sensus est: *lingua saepe* „*alios excitari, vt insano studio mala adgrediantur.* MICHAELIS.

s) *Syrus* vertit: *et ipsa igni comburetur:* poenas intelligens, quas homines lingua abusi daturi sint. Vide TREMELLIVM AC MILLIVM. Cum tamen solus ille hanc lectionem expresserit 95), falsa autem sapientia v. 15. *diabolica* vocetur; in lectione vulgari, commati 15 congrua, adquiesco. Quae hic habet apostolus de lingua Tartareis ignibus inflammata, poëtarum dictis de atra furiarum face impios agitante non multum discrepat.

95) „Securius noster sequutus est MILLIVM, quem Syriace prorsus non doctum „sequi tuto non possumus. Scripsit ille: Καὶ φλογισομένη *Syrus*. Non recte! „Nihil legisse videtur aliud Syrus, quam quod nos legimus, καὶ φλογιζομένη, id „quod tamen secus, ac nos facimus, de incendio poenali interpretatus est. Habe „eius verba: ܘܝܩܕܐ ܐܦ ܗܝ ܒܢܘܪܐ *et ardens* (i. e. arsura est) *etiam ipsa* „*igni.* MICHAELIS.

V. 7. 96) „Καὶ ἐναλίων, *et eorum quae in mari sunt*] Legis in vulgata Hierony„mi, *caeterorum*: vnde suspicantur aliqui, in Graeco codice, ex quo illa facta sit, „scriptum fuisse, ἐνάλλων. Quam lectionem cum nulla alia versio nec codex, „vno Velesiano excepto, qui ex Vulgata correctus corruptusque videtur, habeat,

Vulg. ant. ue volatilium, repentium et natantium 96), domatur et domita est 97):

teriam victor regnat. Animantia enim quamuis ferocia, vt bestiae, serpentes, quin et in mari abscondita atque vndis a nobis diuisa 96), ingenio et industriae hominum feritatem suam submittere discunt 97):

Vulg. Hieron. volucrum, et serpentium et caeterorum 96) domantur, et domita sunt a natura humana.

v. 8. Naturae autem humanae linguam nemo hominum domare potest. Inconstans malum, plena veneno mortifero.

v. 8. Sed magis difficile, linguam hominis adfectuum turba agitati, et peccare consueti, domare *t*), quam ferocissimam cicurare bestiam. Huius enim ingenii lingua malum est, quod vix summo ne-

Linguam autem nullus hominum domare potest: inquietum malum, plena veneno mortifero.

gotio

„malim eorum esse sententiae, qui credunt, scriptum fuisse, *cetorum*, ex quo „incauti librarii *ceterorum* fecerint. MICHAELIS.

97) „Plane a recepta nostra alienam interstinctionem sequitur vulgata antiqua, ex „cuius interpretatione verba Graeca ita concipienda: *τῇ δὲ φύσει τῇ ἀνθρωπίνῃ τὴν „γλῶσσαν ὀυδεὶς δύναται ἀνθρώπων δαμάσαι.* Probat *Iean* MARTIANAY in no„tis versioni Italicae subiectis, commodum inde sensum existere iudicans. Quod „quamuis fieri concedam, nolim tamen interstinctionem nouam inuehere, cum „qua et noua lectio sine vllius codicis auctoritate fingenda, ac particula δὲ trans„ponenda esset. MICHAELIS.

V. 8. *t) Linguam autem nullus hominum domare potest*] Pii tamen linguae suae imperarunt: Numer. XII, 3. 2 Sam. XVI, 10. etc. Ps. XXXIX, 1. 9. Prouerb. XXI, 23. quod nisi fecissent, vana fuisset eorum pietas, teste *Iacobo*, c. I, 26. Quas difficultates cum animaduerterent nonnulli, ita *Iacobi* dicto succurrere studuerunt, vt *difficile et impossibile* dicerent, *non suam, sed aliorum linguam coërcere: difficilius, quam feritatem bestiis demere.* Mihi vero apostolus de nostra lingua edomanda, vt superioribus praecipere, sic et hic loqui videtur: quod omnino fieri posse, ipse non negauerit, cuius in eo vertebatur oratio, vt Christianos moneret linguae fraena adducere. Difficultatem quidem rei proponit, vt acuat diligentiam: si tamen omnino lingua coërceri non posset, peccata illius hominum generi imputari non deberent.

OECVMENIVS primam commatis particulam interrogatiue et negatiue accepit: *nemone linguam domare potest? Frustra nempe de cobibenda*, inquit, *linguae praeceptum, si domari omnino non possit.* 98).

98) Pri-

gotio edomatur *u*), ac fraena, quibus cohibendum eſt, patitur: plenum veneno mortifero *x*) 99) animal, eorum, in quos iracundia et furore concitatur, pectori immedicabile figens vulnus, nec exiſtimationem modo illorum, ſed et vitam laedens.

V. 9.

98) „Primam ſententiam, quam iure reiicit noſter, lege, ſi volueris, apud ESTIVM „aut WOLZOGENIVM. OECVMENII ſententia vel ideo damnanda, quod ſta„tim ipſe apoſtolus ſubiicit, *ἀκατάσχετον κακὸν*, quibus verbis ipſe difficultatem „coërcendae linguae non negat, ſed confirmat. AVGVSTINVS in vocabulo, „*τῶν ἀνθρώπων*, vim orationis ſitam exiſtimat: *non ait, linguam nullus domare pot„eſt, ſed, nullus hominum; vt cum domatur Dei miſericordia, Dei adiutorio, Dei „gratia fieri fateamur:* libr. de nat. et gratia cap. 15. Succinuntque ei MENO„CHIVS atque TIRINVS. Haec tamen oppoſitio ſi in mente fuiſſet apoſtoli, „clarius eam propoſiturus videbatur. Vnde cum BENSONIO ingentem modo „huius negotii difficultatem, vincendam tamen auxilio Dei precibus impetran„do et acri mentis contentione, intelligi putamus. Forte hoc vnum addere li„cuerit, verba apoſtoli non tam adfirmantis quam mirantis eſſe, atque cum ſigno „exclamationis legenda: *beſtiae omnes domari poſſunt: ſed lingua a nemine doma„ri poteſt!* in quo dicendi genere locus aliquis hyperbolicae rei exaggerationi. „MICHAELIS.

u) Pſ. CVI, 33. CXLI, 3. *ἀκατάσχετον*] metaphora a beſtiis translata, quae muro, ſepimentis, foſſis, aegre coërcentur.

x) Deut. XXXII, 33. Pſ. LII, 4. LVIII, 4. CXL, 3. Prouerb. XVIII, 21. Cohel. X, 11. 12. Sirac. V, 13. XXVIII, 19. 21. Matth. V, 22.

99) *Μεστὴ ἰοῦ.*] „Ad ſagittas veterum veneno imbutas, quas *ἰοῦ* vocabulo etiam „deſignant, adludi putat S. Vener. SCHLICHTERVS in *decimis ſacris* p. 101. „a B. WOLFIO ad hunc locum citatus, ſed ſine addita epicriſi. Cum tamen „ferae beſtiae hucusque linguam comparauerit, eaque nocentiorem dixerit apo„ſtolus, ad ſagittas venenatas, quas beſtiae quidem non iaculantur, reſpici haud „crediderim. Certius erit a veneno petitam phraſin, quod cum ſerpen„tes morſu inſpirent, ſaliuae admixtum, ſub lingua geſtare videntur. „MICHAELIS.

V. 9.

Vulg. ant.
v. 9. In ipsa benedicimus Dominum et Patrem, et per ipsam maledicimus homines, qui ad similitudinem Dei facti sunt.

v. 9. Huius criminis conscientia qui tenentur, cogitare debent, an sibi ipsi satis constent in vsu linguae, qua nonnunquam pessime abutuntur. Alio quidem tempore benedicit illa et *y*) [100]) laudat Deum communem omnium patrem, officii sui memor: sed alio tempore eadem lingua prorsus contraria agit *z*), eorundem, in-

Vulg. Hieron.
In ipsa benedicimus Deum et Patrem, et in ipsa maledicimus homines, qui ad similitudinem Dei facti sunt.

quam

V. 9. *y)* Ps. XXXIV, 1. L, 15. 23. CXLIV, 1—10.

100) Τὸν Θεὸν καὶ πατέρα] „Vocabulum *patris* recte explicat BENSONIVS de „*communi omnium patre*. In hoc sita vis argumenti apostolici, quod Deus communis sit omnium pater, quos, dum creauit, progenuit: incongruum vero „esse, patri benedicere, maledicere filiis. Si de vsu vocabuli in designando „creatore dubitaueris, consule *Malachiam* c. II, 10. *nonne pater vnus nobis omnibus? nonne Deus idem creauit nos?* Vnde nec opus erat LAMPIO *in biblioth.* „*Brem. Class. I. p.* 348. *seqq.* ex hoc vocabulo efficere, de sola piorum et regenitorum maledictione sermonem apostolo esse, quia *Iacobus* eam pro iniuria habeat, Deo tanquam *patri* illata. Nec enim ignorare debebat, nec vero poterat „Vir in sacris oraculis quasi habitans, omnium hominum, impiorum etiam patrem Deum dici posse. Caeterum pro τὸν Θεὸν vulgata prior legit et vertit τὸν „Κύριον, in qua lectione non Syrum modo interpretem, sed et codicem *Alexandrinum* et *Colbertinum septimum* consentientes sibi habet. Facilis vtriusque vocabuli confusio ob crebrum vsum, et quia hoc pro illo substitui sine mutatione „totius sententiae potest. MICHAELIS.

z) Eadem maledicimus hominibus] Ps. L, 16. etc. LXII, 4. Sirac. XV, 9. 10. Eph. V, 3. 4. Huc adferunt nonnulli, Iudaeos in synagogis publice diris deuouisse Christianos 101). Quae anathemata ac dirae in socios prolata non sane decent illos, qui pii haberi volunt.

101) „Miror, haec de Iudaeis Christianos diris deuouentibus, quae noster neque „probare neque refellere videtur, ab interpretibus, e. gr. *Daniele* WHITBY aliisque adferri potuisse. Praeter rem, nisi fallor. Illi certi Iudaei, quibus haec „scribebantur, ab hoc peccato immunes. Quis enim sibi persuadeat, Iudaeos, qui „ipsi ore Iesum profitebantur magistrum, christianos ceu haereticos anathematis „fulmine petiisse? Vide notam nostram decimam tertiam ad prolegomena. Magis etiam ad aliena dilabi videtur LAMPIVS, *anathemata ecclesiae antichristianae*

„in

quam, hominum lingua, qui tantam prae se ferunt pietatis speciem: maledicit enim hominibus *a*), ad imaginem eius, cui benedixerat, Dei factis, cuius imaginem vbicunque conspicatus es, reuereri et colere debes.

Vulg. ant.

v. 10. Ex ipso ore exit benedictio et maledictio. Non decet, fratres mei, haec sic fieri.

v. 10. Maledictio ergo et benedictio si ex eodem ore egrediatur *b*), nihilne monstri habet? Mediocris quidem rei cogitatio persuadebit vobis, fratres, nulla hoc peccati portentum ratione defendi posse.

Vulg. Hieron.

Ex ipso ore procedit benedictio et maledictio. Non oportet, fratres mei, haec ita fieri.

11. Numquid fons ex vno foramine bullit dulcem et salmacidum? 102)

v. 11. Aliisne in rebus vita et ratione carentibus eadem inest confusio? Nonne prodigii instar haberetur, fontem ex eodem foramine

Numquid fons de eodem foramine emanat dulcem et amaram aquam?

„*in pios prolata* intelligens: quasi vero futura praediceret, non sui temporis im„pietatem castigaret apostolus. MICHAELIS.

a) Τοὺς καθ' ὁμοίωσιν Θεοῦ γεγονότας] Genes. I, 26. 27. V, 1. IX, 6. Sapient. II, 23. Sirac. XVII, 3. 1 Cor. XI, 7. Coloss. III, 10. Fuerunt, qui solis humani generis progenitoribus imaginem diuinam tribuerent: nimis tamen clarum, non de his apostolum loqui, sed de vniuerso hominum genere, omnibusque, quibuscum nobis intercedunt commercia. Nec enim primos suos parentes diris deuouebant, sed socios, illos inprimis, quos opinionum et sententiarum diuortia odiis ipsorum exponebant.

V. 10. *b*) Ἐκ τοῦ αὐτοῦ στόματος ἐξέρχεται εὐλογία καὶ κατάρα;] Sirac. XXVIII, 12. Ies. I, 26. Iterum haec interrogationis loco habet OECVMENIVS, quem et nostra paraphrasis sequitur.

Si apostolus in taxandis versatur moribus doctorum ecclesiae, quorum ore ac voce tota ecclesia in Deo laudando vtitur, multum acerbitati reprehensionis eius accedit. Minime enim omnium hos, qui publice et solemni ritu Deo benedicunt, decet eodem ore ad maledictiones, probra, anathemata in innoxios vibrata, damnatricesque sententias abuti, si quibus acciderit ab doctorum opinionibus differre.

ne dulcem et salsam aquam emittere *c*)?

Vulg. ant.
v. 12. Numquid potest, fratres mei, ficus oliuas facere, aut vitis ficus? Sic nec salmacidum

v. 12. Ficumne oliuis, aut vitem ficubus grauem vidistis? Salsamne aquam et dulcem ex eodem fonte ebullientem *d*)? Nec vero haec confusio virtutis et vitiorum, pie-

Vulg. Hieron.
Numquid potest, fratres mei, ficus vuas facere, aut vitis ficus? Sic neque salsa dulcatis

V. 11. *c*) Amara aqua emblema erat *maledictionis et dirarum*, cui et olim potentia diuina vim mala et infausta adulterae inferendi concesserat. Vide Num. V, 19. etc. 102).

102) „Egregie hoc ab auctore obseruatum, ad illustrandum aptum decorem, quo „phrasis et comparatio ab apostolo adhibita nitet. In vno discesserim, sed quod „*Iacobum* maiori luce perfundit. מי המרים Num. V, 19. commemora„tae, *aquae amaritudinum*, non pro *aquis amaris*, sed *aquis maledictionis* mihi „habentur. Exsecrationes ipsae, ex amaro profectae animo, מרים Hebraeis „audiunt. Sic Iobi III, 5. מרירי יום *amaritudines diei* sunt *exsecrationes* „*diei:* et in ipso capite Vto *Numerorum* v. 24. *et ingredientur in eam aquae deuo*„*uentes, in amarores*, i. e. *in diras et exsecrationes*. Sic et לען quod Hebraeis „est, *amarus fuit*, Arabibus significat, *maledixit*.

„In versione Vulg. antiqua Graeco πικρόν, et v. 12. ἁλυκόν, respondet la„tinum, *salmacidum*. Est id, *corruptum, et simile fabuloso Cariae fonti, ex quo* „*bibentes androgyni fieri dicebantur*. Ferebatur quippe nympha *Salmacis*, fontis „praeses, *Hermaphrodito* persuasisse turpia, qui inde androgynus factus eandem „sexus mutationem et confusionem omnibus ex illo fonte bibentibus peperisse „imprecationibus suis ferebatur. STRABO de illo fonte: *Salmacis fons traduci* „*solitus est, tanquam emolliens, qui inde bibunt*. Idem hoc vulgatae vocabulum „vsu iam tritum ENNIO, qui habet:

„*Salmacida spolia sine et sudore et sanguine.*

„Vide CICER. *L. I. de Officiis c. XVIII.* eiusque commentatores, RACHELIVM „inprimis. Magis etiam ad nostrum locum facit PLINIVS *l. XXXI*, 3. *aquae ni*„*trosae et salmacidae*. MICHAELIS.

V. 12. *d*) Οὕτως οὐδεμία πηγὴ ἁλυκὸν καὶ γλυκὺ ποιῆσαι ὕδωρ] Historiae naturalis auctores tradunt, diuersi saporis aquam eodem in loco ebullire, duobus fontibus, quorum diuersa est natura, aquas suas miscentibus, siue priusquam illae ebulliant

Vulg. ant. dulcem facere aquam 104).

tatis et impietatis, leuior minusque noxia existimari debet, eodem ore benedictiones in Deum et maledicta in socios euomente. *Nullo modo doctor et praeses ecclesiae Christi haberi debet, qui linguae non temperat.*

Vulg. Hieron. cem facere aquam 104).

Cap. III

ebulliant, siue statim simulatque ex terra erumpant. Eundem quoque fontem aliis horis alia aqua abundare narrant, calente, frigida, salsa, dulci. Vide PLINIVM l. II. Sed rara huius rei exempla, et prodigii instar habita: apostolus vero de eo, quod fieri solet, loquitur. 103)

103) „Adeoque hi ipsi fontes, duplicis ingenii aquam fundentes, *non tamen ex* „*eodem illam foramine emittunt:* id quod fieri posse negat apostolus. Forte ver-„ba, ἐκ τῆς αὐτῆς ὀπῆς prudens v. 11. addidit, cum sciret, esse fontes, ex quibus „dulcis et amara aqua emanaret, sed diuersis aquarum venis duplici foramine in „eundem fontem effusis. De hoc vero 12 versu, eiusque vera vt lectione ita „sententia vide notam sequentem. MICHAELIS.

104) „Lectio, quam Vulgata versio, et prisca et castigata, expressit, haec est: οὕ-„τως οὐδὲ ἁλυκὸν γλυκὺ ποιῆσαι ὕδωρ. Accedunt versiones, *Syriaca*, *Coptica*, et „(minoris quidem habenda pretii) *Aethiopica*; ex codicibus vero quamuis non „nimis multi, summae tamen aliqui auctoritatis, vt *Alexandrinus*, (qui legit „οὔτε ἁλυκὸν etc.) *Colbertinus* 7, *Couellianus* 4, et *Geneuensis*. Iure ergo, LV-„CAM *Brugensem*, ESTIVM, BEZAM, GROTIVM, MILLIVM, (prolegom. „§. 1208.) fausta eruditis nomina, sequutus Venerabilis *Albertus* BENGEL, „illis lectionibus adiungit, *quae per codices firmiores sint lectiones textus, nec ta-*„*men plane certae.* Accedit, quod communis lectio non solum ex v. 11. huc „translata videri possit, cum librarii non caperent, quid esset, οὐδὲ ἁλυκὸν γλυκὺ „ποιῆσαι ὕδωρ: (difficiles enim sententias in planas mutare solent scribae, vnde „plana lectio et flumine suo commendans plurimum repudianda) sed et tauto-„logiam contineat haud facile excusandam. Tantis ergo antiquissimarum ver-„sionum et grauium codicum auctoritatibus fultam lectionem iure exosculamur. „Post ἁλυκὸν supplemus ὕδωρ; erit vero *salsa aqua* idem ac *fons salsus*. Sensus „est: *nec fons salsus dulcem potest emittere aquam.* Vides, quomodo hoc apostoli „dictum ab illo v. 11. differat? Supra dixerat: *non posse ex eodem fonte duplicem* „*aquam scaturire.* Iam addit: *ex fonte salso aquam dulcem exspectandam non* „*esse.* Adplicatio similitudinis haec erit: *si diras et maledicta in socios euomas,* „*amaro fonti cor tuum simillimum esse, ex quo dulces aquas,* i. e. *Deo placentes lau-*„*des, et doctrinas ecclesiam Christi ad pietatem erudientes, emanare posse, non sit* „*verisimile.* MICHAELIS.

SECTIO VI.

Cap. III, 13—18.

CONTENTA.

Abusu linguae castigato, ipsam mali huius radicem euellere conatur apostolus, inuidiam atque malitiam in animis sitam compescens. Mansuetudinem ergo, pacis studium et beneficentiam ex caelo proficisci, inuidiam vero et lites Orco natas docet.

PARAPHRASIS.

Vulg. ant.

v. 13. Quis sapiens et disciplinosus in vobis demonstrat de bona conuersatione opera sua in sapientiae clementiam?

v. 13. Praecepi vobis supra (v. 1.) non nimio ad doctorum stationem impetu properare [105]: iam ergo illi, qui plus sibi sapere reliquis videntur, Christique doctrinam rectius percepisse *a*), sapientiae suae documenta ex pietate et virtutum studio petere malint, quam ex iactantia et insolitae ostentatio-

ne

Vulg. Hieron.

Quis sapiens et disciplinatus inter vos? Ostendat ex bona conversatione operationem suam in mansuetudine sapientiae.

V. 13. 105) „Bene auctor sistit connexionem. Poterat Iudaeus muneri ecclesiastico inhians obiicere: *esse sibi sapientiam, qualis in doctore requiratur: ergo se eligi debere episcopum.* Huic respondet apostolus: clarissimum sapientiae signum „ex mansuetudine peti, quae si ipsi desit, valde laborare hanc sapientiae laudem. Indignam esse nomine sapientiae ventosi doctoris tumidam et dictatoriam vocem, qua haereticos alios clamat, suumque illud, *anathema sit*, inuitis „prudentiorum auribus sine graui caussa occinit. MICHAELIS.

a) *Quis sapiens est* etc.] Iudaei sapientiae suae et reconditae cognitionis iactatores erant, nec parum huius prauitatis vel in illis remansisse videtur, qui Christum agnouerant. Rom. II, 18. seqq. 1 Cor. I, 18. seqq. III, 18. Nec tamen est maior vlla sapientia, quam ea, quae virtutis et pietatis accendit studium. Iob. XXVIII, 28. Ps. XIX, 7. etc. CVII, 43. CXI, 10. Prou. II, 2. Ierem. IX, 12.

Hos.

Cap. III

ne cognitionis: mansuetudine etiam erga alios vtantur *b*), ex qua rectius colligere licet, prudentem te et sapientem esse, quam ex superbiae supercilio, atque exstincto charitatis fraternae sensu.

v. 14. Si vero animi vestri zeli et inuidiae perfusi sunt acerbitate *c*), superque reliquos eminere ambitiose et per contentionem studetis *c*); nolite sapientiam ac christianae veri-

Vulg. ant.
v. 14. Si autem zelum amarum habetis, et contentionem in praecordiis vestris,

Vulg. Hier.
Quod si zelum amarum habetis, et contentiones sint in cordibus vestris: nolite gloveri-

Hos. XIV, 9. Matth. V, 16. 1 Cor. III, 19. VIII, 1. Simillima et prorsus gemina sententiae Iacobi habet CLEMENS *Romanus* in *epist. ad Cor.* §. 38. *Ὁ σοφὸς ἐνδεικνύσθω τὴν σοφίαν αὐτοῦ μὴ ἐν λόγοις, ἀλλ' ἐν ἔργοις ἀγαθοῖς: sapiens non verbis, sed operibus bonis demonstret sapientiam.*

b) Ἐν πραΰτητι σοφίας] i. e. *mansueta sapientia.* Sic et Syrus reddit, et multae eiusdem indolis phrases in tabulis Noui Foederis occurrunt.

Damnat apostolus superbiam ac supercilium doctorum, collato v. 1. Vide Prou. XI, 2. XV, 1. 2. XVII, 14. XIX, 11. Rom. XVI, 19. 1 Cor. XIV, 20. Eph. V, 8. 2 Timoth. II, 24. 25. Iac. I, 19. 1 Petr. III, 4. 15.

V. 14. *c*) *Ζῆλον πικρὸν, inuidiam, καὶ ἐριθείαν, et lites ac contentiones*] Saepe inuidia et contentio damnatur, Matth. XV, 19. Act. XIII, 45. XVII, 5. Rom. I, 29. II, 8. 17—23. III, 13. 14. XIII, 13. 1 Cor. I, 11. III, 3. 4. 2 Cor. XII, 20. Gal. V, 20. 26. Eph. IV, 31. Phil. II, 3. 1 Tim. VI, 4. 5. 2 Tim. II, 23. Iac. I, 21. 106)

106) „Habet hic *Daniel* WHITBY digna, quae excerpamus: *Iudaei infideles* „*erant οἱ ἐξ ἐριθείας, homines ex contentione, nec veritati obedientes, Rom. II, 8.* „*pleni amaro zelo contra praecones euangelii, Act. XIII, 45. XVII, 5. magnoque* „*in illos furore perciti, Act. XXVI, 11. Nec deerant, qui postquam Christum agno-* „*uissent, euangelium ἐξ ἐριθείας, i. e. contentiose et ex inuidia praedicarent, Phil. I, 15.* „*eiusque generis erant disputationes eorum, vt inde existeret φθόνος καὶ ἔρις, inui-* „*dia et lites, 1 Tim. VI, 4. Cum his si pii ex gentibus in coetum Deo sacrum con-* „*fluerant, semper epistolis apostolorum castigandae erant rixae et inuidia, Rom. XIII,* „*13. iniuriae aliis illatae, et inuidia, Gal. V, 26. res per contentionem et iactantiam* „*gestae, Phil. II, 3. Vide 1 Cor. I, 11. III, 3. 2 Cor. XII, 20.*

„Caeterum recte adcusat apostolus non zelum omnem, sed ζῆλον πικρὸν, „*zelum amarum.* Iudaeus disputator zelum prae se ferebat, quem non omnino

„adsper-

Vulg. ant. quid alapamini 107) mentientes contra veritatem?

v. 15. Non est sapientia, quae descendit desursum, sed terrestris, animalis, daemonetica.

veritatis iactare cognitionem [107]), a mente Christi amoris et modestiae plenissima alieni.

v. 15. Quidquid enim de cognitione et fide huius indolis homines iactent: efferus certe zelus et contentionis amor, non est sapientia ex caelo demissa *d*) [108]), sed terrae

Vulg. Hieron. riari et mendaces esse aduersus veritatem.

Non est enim ista sapientia desursum descendens; sed terrena, animalis, diabolica.

„adspernatur *Iacobus*, nec tamen *amarum* esse vult, i. e. felle et maledictis mix„tum. MICHAELIS.

107) Μὴ κατακαυχᾶσθε] „Bene fecit auctor, quod haec verba prohibitiue acce„perit, non interrogatiue; quamuis non omnino mentem apostoli percepisse „videatur, quae haec est: *videte, ne feruore disputandi abrepti veritatem, non er„rores, acerbissime oppugnetis.* Res est apostolo cum contentioso Iudaeo, suarum „feruido propugnatore sententiarum, qui disputationes suas *zelo amaro et con„tentione* perfundebat. Ἀλήθεια est ei *vera sententia*, quam defendit altera pars, „oppugnante Iudaeo. Hunc ergo monet, caueat nimio orthodoxiae studio ipsam „etiam veritatem acerbitate verborum impetere. En tibi vim et emphasin dicti, „μὴ κατακαυχᾶσθε κατὰ τῆς ἀληθείας: indicat, si quis impatientior disputator, „non differit modo, sed et aduersarii sententiam tanquam ridiculam proculcat, „ac de certa gloriatur victoria. Cupis phrasin Ciceronis in simili argumento „simillimam? habes libro I. de Orat. c. 38. *iactare se in caussis centumuira„libus.*

„Insolentior hic latina vetus versio, ac cui luce opus sit, si intelligere eam „velis. *Ioannes* MARTIANAEUS in notis ad versionem Italam fatetur, *se suspica„ri nullatenus posse, unde fluxerit barbarum hoc verbum, alapamini*: quod ipse ver„tit: *alapis caedi.* Monendum tamen, *alapari* etiam deponens esse, et *alapis cae„dere* significare. Vide FABRI *thesaurum* ex editione *Cl.* GESNERI. Est ergo „*alapari* Vulgato interpreti, cum iactantius agens et aduersarium spernens, ala„pis quasi illum mulcas, seu acerba disputatione contundis. MICHAELIS.

V. 15, *d)* Vera sapientia ex caelo venit, falsi nominis prudentia terrae filia est:

Ἦλθε δ' Ἀθήνη
Οὐρανόθεν. HOMER. Iliad. A. v. 194. 195.

Vide 1 Reg. III, 9. Iob. XXXII, 8. Ps. XXV, 4. 5. 12. 14. Prou. II, 6. Dan. II, 21. Sap. VIII, 21. 1 Cor. II, 7. XIV, 33.

108) „Intelligitur sapientia non humanis mere studiis quaesita, sed a Deo donata, „omnis boni perfecti datore, qualis esse rerum caelestium scientia debet. BROCH„MANDUS

rae natales debet, nimio rerum huius ſeculi amore procreatus *e*) 109). Nec mentis et rationis eſt, ſed adpetitionum et cupiditatum partus *f*), ingenio infernalium ſpiri-

„MANDVS ad h. l. ludit in voce *κατερχομένη*, quam a DEMOSTHENE et ARI-„STOTELE adhiberi docet, cum quis ex exilio redit: ſic hanc ſapientiam, ait, „lapſu et peccatis amiſſam ex caelo redire. Nimis arguta explicatio: cum *κατὰ* „in plurimis compoſitis id, quod deorſum fertur, ſignificet, ipſa caeli cogitatio „iubet *κατερχομένη* verti, *deſcendens*. MICHAELIS.

e) Luc. XVI, 19. etc. 1 Cor. II, 12. ſeqq. III, 18. 19. Gal. V, 19. etc. Phil. III, 19. Col. III, 2. 1 Ioh. II, 16.

109. Ἐπίγειος] „Bene vocem explicat auctor. Dixerat apoſtolus c. I, 17. *Omne* „*donum bonum et perfectum ex caelo deſcendere.* Id *primum* negat de hac ficta ſa-„pientia: non eſt illa, vt iactabant Iudaei, donum caeleſte, nec ergo donis bo-„nis ac perfectis adnumeranda. Ex terra et amore mundi viſibilis orta eſt; id „quod *ſecundum* ex verbis apoſtoli efficitur. Iudaei quippe doctores doctrinae de „lege Leuitica chriſtianos etiam obligante, quam clamoroſis vociferationibus de-„fendebant, haud alia de cauſſa tenaces erant, quam vt commode viuerent, ſuo-„rum eleemoſynis non ſordide paſcendi. En tibi teſtimonia Paulli Gal. VI, 12. „13. ὅσοι θέλουσιν εὐπροσωπῆσαι ἐν σαρκὶ, οὗτοι ἀναγκάζουσιν ὑμᾶς περιτέμνεσθαι, „μόνον ἵνα μὴ τῷ σταυρῷ τοῦ Χριστοῦ διώκωνται ——— ἵνα ἐν τῇ ὑμετέρᾳ σαρκὶ „καυχήσωνται. Phil. III, 19. *quorum Deus venter eſt, qui terreſtria ſentiunt.* „Tit. I, 11. *docentes, quae non decet, turpis lucri cauſſa.* Videntur Iudaei Chriſtia-„ni facti, modo zelo legis flagraerent, non penitus a commodis doctorum Iudai-„corum excluſi. MICHAELIS

f) Ψυχική] Ψυχὴ eſt *anima ſenſualis*, ſeu *animales hominis vires et adpetitus*, oppoſiti animo, qui mentis et rationis eſt, ſeu ſpiritui, πνεύματι, 1 Theſſ. V, 23. Hi qui animae obediunt, ab adpetitibus atque adfectuum impetu abrepti; impii: qui vero rationis ac mentis conſiliis parentes, adpetitionibus ſuis imperant; pii ſunt, ac ſpiritum ſapientiae et cognitionis (πνεῦμα) habentes. Hinc *Iudas* de impiis loquens, Chriſti quamuis doctrinam profeſſis, *animales* illos dicit, *ſpiritum non habentes*, verſ. 19. ψυχικοὶ, πνεῦμα μὴ ἔχοντες. Sic et *Paullus animalem hominem* (ψυχικὸν ἄνθρωπον) *negat capere, quae ſunt ſpiritus Dei: ſtultitiam ei videri, nec poſſe intelligere, quia ſpiritualiter* (πνευματικῶς) *iudicanda ſint*, 1 Cor. II, 14. animalem vocans eum, cuius vita vitiis inquinata eſſet atque contemtu reuelatae Dei voluntatis. Huius indolis homo eo in ſtatu mentis, τὸ πνεῦμα, ſeu lumen ſpiritus ſancti, cuius menſura ordinaria maior tribui illo tempore

Vulg. ant.

spirituum simillimus *g*).

Vulg. Hieron.

v. 16. Vbi enim zelus et contentio, inconstans ibi et omne prauum negotium.

v. 16. Vbicunque enim eius generis zelus est, animusque contentionibus deditus, hac tanquam ex radice *h*) fructus pessimi, licentia, tumultus, et alia omnia nascentur a Christi mente aliena [110]).

Vbi enim zelus et contentio: ibi inconstantia et omne opus prauum.

v. 17. Dei autem sapientia primum sancta est, deinde

v. 17. Ea vero sapientia, quam Christus ipse *i*) donum caeleste attulit, ingeniis caelestibus simil-

Quae autem desursum est sapientia, pri-

limam,

pore solebat, sperare nullo iure poterat, rationem et mentem suam a Deo sibi datam, si meliora suaderet, adspernatus.

Eodem sensu impiorum sapientiam *Iacobus* ANIMALEM vocat. Nec illa mentis et rectae rationis erat, nec a spiritu Dei profecta, sed cupiditatum nimia indulgentia fotarum erat progenies. *Carnis* nomine compellatur atque damnatur. Rom. VIII, 5. 7. XIII, 14. Gal. V, 19. 20. 21. Phil. III, 19.

g) Luc. XXII, 3. Ioh. VIII, 44. 2 Cor. IV, 4. Eph. II, 2.

V. 16. *h)* 1 Cor. III, 3. 4. 2 Cor. XII, 20. Gal. V, 19. seqq.

110) Ἀκαταστασία] „Vox varie ab interpretibus reddita. Vterque Latinus *incon-„stantiam* hic vidit, nec negari potest, quod ἀκατάστατος idem sit, atque *incon-„stans.* Sic tamen vitium zeli nimium exardescentis castigatur, et satis speciale, „nec vero in omnes cadens nimio zelo flagrantes. *Turbam adfectuum, quae* (vt „Latina phrasi Graecam subsequar) *consistere animum non sinit*, sunt qui interpre-„tentur alii. Vide MENOCHIVM et TIRINVM. Non contradico: magis ta-„men probo BROCHMANDI sententiam, quam ne verbis quidem neglectis me-„am facio: *Ἀκαταστασία vi vocis est, tumultuatio, agitatio, inquietudo.* PLVTAR-„CHVS *de defect. orat. iungit* ἀκατάστατον καὶ ἐμπαθῆ, *seu perturbatum et passioni-„bus obnoxium.* ISOCRATI *ad Euthyn.* ἀκαταστάτως ἔχοντα ἐν πόλει *res sunt in-„compositae et se confuse in ciuitate habentes. Paullus negat Deum esse* ἀκαταστα-„σίας, *sed* εἰρήνης *1 Cor. XIV, 33. et 2 Cor. XII, 20. iunguntur,* ἔρεις, ζῆλοι, θυμοὶ „etc. *Nemini itaque dubium est, quin* ἀκαταστασία *sit rei ordinatae perturbatio* etc. „Paucis vt dicam, tumultus in ecclesia orti intelliguntur, vnde bene *Syrus* reddidit „ܫܓܘܫܝܐ *tumultus*, *Aethiops*que paraphrastica libertate vsus, addidit, *contur-„batio et haeresis.* MICHAELIS.

V. 17. *i) Desursum*] Sap. I, 1—6. VII, 22. 1 Cor. II, 6. 7. Iac. I, 5. 11.

k) PL

Vulg. ant. pacifica, et verecundiae consentiens, plena misericordiae et fructuum bonorum, sine diiudicatione, inreprehensibilis, sine hypocrisi.

llimam, creat primum quidem *puritatem k)* [111]), seu animum his adfectuum morbis terrestrium, animalium, diabolicorum, non contaminatum: deinde reddit homines *pacificos l)* [112]), *modestos*, *benignos m)* et adfabiles aliis; *tractabiles n)* [113]), ac facile in quamvis rem bonam nec sapientia indignam

Vulg. Hieron. mum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens, plena misericordia, et fructibus bonis, non iudicans, sine simulatione.

k) Ps. XIX, 9. CXIX, 1. 9. Zeph. III, 9. Malach. III. 3. Sap. VII, 22. etc. Matth. V, 8. Rom. VIII, 13. 2 Cor. VII, 1. Eph. IV, 29. V, 4. 1 Thess. IV, 3. etc. 1 Tim. III, 9. Hebr. XII, 14. etc. Iac. IV, 8. 1 Petr. II, 11. 2 Petr. II, 20. etc. Iud. 8. 23.

111) Ἁγνή ἐστι] „Optime se habet auctoris paraphrasis. Attributum hoc sapientiae caelestis primarium e diametro opponitur sapientiae terrenae, cupiditatibus quasi incestis huius seculi rerum inquinatae. Forte non male fecisset „auctor, si Anglice reddidisset: *disinterested, of pure Views.* Vide et WOLZOGENIUM Nostro consentientem. Eadem ratione et explico prisci illud Latini „interpretis, *sancta est:* eo sensu, quo OVIDIVS hominem brutis opponens animali adpetitui obedientibus vocat: *Sanctius his animal mentisque capacius altae.* „In peius mutauit HIERONYMVS, seu quis alius castigator: *pudica est.* A scopo hoc apostoli satis alienum, non lasciuiam, sed alia omnino vitia oppugnantis, „nisi cum HAMMONDO dicere, seu fingere potius volueris, Gnosticis haec opponi impuritate omni inquinatissimis. Summe Venerandus HEVMANNVS in „*idea theologi Iacobaea* Göttingae 1734. edita, orthodoxiam sapientiae intelligit. „In eandem sententiam et nominis auctoritate, et concinnitate explicationis, Vir „summus nos traheret, si idoneis constaret exemplis, vocabulum de puritate „non solum voluntatis, sed et intellectus adhiberi. MICHAELIS.

l) Ps. CXXXIII. Sap. I, 6. Matth. V, 7. Ioh. XIII, 25. XIV, 27. Rom. VIII, 6. XII, 18. XIV, 13. Gal. V, 22. Hebr. XII, 14. Iac. I, 19. 26. IV, 1.

112) Εἰρηνική] „Si contextum spectes, intelliges *pacis religiosae amorem*, vt dissentientes in doctrinis minus magni momenti benigne feras, ac fratrum loco „habeas. MICHAELIS.

m) Ἐπιεικής]. Prou. XIX, 11. 2 Cor. X, 1. Phil. IV, 5. 1 Tim. III, 3.

n) Εὐπειθής *tractabilis*] Rom. XV, 1. 2. 3. Gal. VI, 2.

113) „Εὐ in hoc compositionis genere facilitatem negotii indicat. Sensus plenior: qui diuina praediti sunt sapientia, vbi de religione disputandum, non „sua equis virisque (vt aiunt) defendunt, nec vinci nolunt, sed et se vinci pa-

dignam ducendos; quique *operibus charitatis et misericordiae*, omnibusque beneficentiae documentis *p)* 114) *abundent*; nullo partium studio *q)* 115) nec simulatio-

„tiuntur, si ita veritas iubeat. Vide omnino S. Ven. HEVMANNI modo citatam *ideam theologi Iacobaeam* §. X. Caeterum turbata hic lectio, quam Vulgata „vtraque expressit. Antiqua legisse videtur ἐπιεικεία εὐπειθής: recentior aut ea „verba post εὐπειθὴς legit, quae habet codex *Velesianus* τοῖς ἀγαθοῖς συνευδοκοῦσα, „vt putat MILLIVS: aut interpres credidit, εὖ in εὐπειθὴς significare, *bonis con-* „*sentientem*, *ad bona facile persuadendum*. Cum vero alii Latini interpretes ha- „berent, *suadibilis*, vtraque interpretatio a librariis imperitis in eodem commate „descripta est. Cumque *Velesiani* codicis scriptor non reperiret Graeca, quae La- „tinis responderent, pro more suo et licentia adiecit, τοῖς ἀγαθοῖς συνευδοκοῦσα. „MICHAELIS.

p) Matth. V, 16. Act. IX, 36. Gal. VI, 9. 1 Tim. VI, 18.

114) „Egregie παραφράζει BENSONIVS. Ἔργα ἀγαθὰ non sunt omnia in gene- „re bona et laudanda, sed *opera beneficientiae* Sic et ἀγαθωσύνη Graecis *beneficen-* „*tia*. Hoc est discriminis inter καλὸν et ἀγαθὸν, vt καλὸν *honestum*, quodque lau- „di est, significet, ἀγαθὸν, quod aliis prodest. Sensus est: tantum abesse veram „sapientiam ab odio sociorum, dirisque in illos euomendis, vt potius misericordia „illos amplectatur et omni deuinciat beneuolentia. MICHAELIS.

q) Ἀδιάκριτος] Vide notam *b)* Cap. II, 4.

115) „Huic vocabulo ob varias eius verbi, a quo deriuatur, διακρίνω significatio- „nes, variae ab interpretibus sententiae aptatae sunt. LVTHERVS vertit unpar- „theyisch, cui consentientes alios laudat, suumque etiam calculum adiicit S. V. „HEVMANNVS l. c. §. 14. ea potissimum nixus ratione, quod Iacobus ipse c. II, „4. verbo διακρίνομαι pro προσωποληπτεῖν sibi vsus videatur: quam sententiam „eximie atque multo acumine et eruditione ornat, aliorum etiam explicationi- „bus commemoratis. Contra vulgata recentior, *non iudicans*, et prisca, *sine* „*diiudicatione*: ac si sensus esset, sapientiam caelestem non rigida in fratres atque „acerba iudicia exercere. Quod vero vulgatae priscae insertum, *irreprehensibi-* „*lis*, pro scholio habemus, cum aliquis, *sine diiudicatione*, explicaret de ea, quae „non iudicatur, seu irreprehensibili. Quod in margine prius scriptum, in tex- „tum irrepsisse videtur. In genuina vero Vulgatae explicatione, scopo apostoli „omnino adcommodata, nos quidem molliter adquiescimus. Cum sit caelestis „sapientia *plena misericordia*, longissime abest a iudicandis atque temerario feri- „endis anathematum dirarumque fulmine sociis. MICHAELIS.

r) Matth.

Vulg. ant.
v. 18. Fructus autem iustitiae in pace seminatur eis, qui faciunt pacem.

nis et hypocrisis *r*) fuco infectos [116]).

v. 18. Fructus enim iustitiae *s*) non litigando, sed in pace seritur et concordia *t*) [117]); nec aliis seritur, nisi pacem amantibus atque promouentibus *u*): quibus suo tempore certa et plena messis pacis atque aeternae

Vulg. Hieron.
Fructus autem iustitiae in pace seminatur facientibus pacem.

r) Matth. VI, 2. 5. 16. XXIII, 13. seqq. XXIV, 51. Luc. XII, 1. Rom. XII, 9. 2 Cor. I, 12. VI, 6. 1 Tim. I, 5. 2 Tim. I, 5. Iac. II, 1. 1 Petr. I, 22. II, 1. 2.

116) Ἀνυπόκριτος] „Quid sit ὑπόκρισις? vnde petita phrasis? satis quidem ex in„terpretibus Matthaei disci potest, aut si malueris, ex citato aliquoties program„mate S. V. HEVMANNI, quod in manibus lectorum esse velim, nec legisse „quemquam poenitebit. Id vnum nobis explicandum restat, quomodo ad ca„stigandam hypocrisin apostoli delabatur oratio? In quo, nisi fallimur, duo op„posita coniungit apostolus, ambo in vitio ponenda, atque a verae sapientiae „studioso remouenda. Non illa alios indicat, nec tamen simulatione aliqua „amicitiam et fauorem captat, adulando dissentientibus, atque ignauo silentio „veritatem agnitam premendo. MICHAELIS.

V. 18. *s*) Rom. VI, 22. Phil. I, 12. Eph. V, 9. Hebr. XII, 11.

Iustitia hic significat omnem virtutum ac pietatis complexum, vt Matth. III, 15. V, 20. VI, 33. Act. X, 35. Eph. V, 9. VI, 14. Hebr. I, 9.

t) *Fructus iustitiae in pace seritur*] Prou. XI, 18. Pacificis et lenioribus artibus errores felicissime profligantur, stabiliturque veritas: non perturbationibus iracundiae, atque inuidis contentionibus. Ab his, qui pacem amant, et rectius inueniri et facilius aliis tradi solet veritas.

117) „*Fructus iustitiae* est praemium iustae vitae, seu exspectanda in futuro seculo „felicitas. Hunc fructum olim metendum non nisi pacificis seri monet apósto„lus: alios ab hac messe exclusum iri. *Fructus* vero *seri* dicuntur, vbi id seri„tur, ex quo fructus olim existet, eadem phrasi, qua ENNIVS vsus, *arbores*, „ait, *serimus posteris profuturas*. Qui loquendi modus non perspectus *Danielem* „WHITBY hic valde turbauit, instabili errantem vestigio. MICHAELIS.

u) Τοῖς ποιοῦσιν εἰρήνην]. i. e. operantibus, seu exercentibus pacem. Sic *facere iustitiam* est, eam exercere, 1 Ioh. II, 29. *facere peccatum*, idem quod peccare. 1 Ioh. III, 8.

aeternae felicitatis exſpectanda eſt *x*).

SECTIO VII.

Cap. IV, 1—10.

CONTENTA.

Capite tertio extremo commemorauerat caeleſtem ſapientiam, praeſtantiſſimarum virtutum, pacis inprimis atque amoris, prole felicem. Hinc oratio eius ad interrogandos defluit ſuos: *vnde ortum ducant rixae, atque impiorum deſideriorum illae turbae, quae pectus ipſorum inſederant?* Non ſane ex caelo, ſed ex ipſorum cupiditatibus, quibus ſi fraena laxes illisque indulgeas, largo partu inuidiam, ſuperbiam, auaritiam, neglectum precum, aut prauas preces, nimium huius ſeculi amorem, ſpreto fauore Dei et futuri ſeculi felicitate, procreabunt. Haec ergo vitia ſeuero ſupercilio obiurgat, virtutes illis contrarias commendans.

PARAPHRASIS.

Vulg. ant.
v. 1. Vnde pugnae, et vnde rixae in vobis? Nonne hinc 118)? ex voluptatibus veſtris, quae militant in membris veſtris?

v. 1. Formam deſcripſi et quaſi imaginem caeleſtis ſapientiae, eiusque amabilem et pacificam multarum virtutum ſobolem. At unde quaeſo ortas creditis rixas *a*), quae ſaepius, quam vellem, obſcenam in eccleſia veſtra faciem attollunt?

Vulg. Hieron.
Vnde bella et lites in vobis? Nonne hinc? ex concupiſcentiis veſtris, quae militant in membris veſtris?

x) Pſ. XCVII, 11. CXXVI, 5. 6. CXXXIII, 5. Iob. IV, 8. Prou. XXII, 8. Hoſ. VIII, 7. X, 12. Sirac. XII, 2. Matth. V, 9. Rom. II, 6. etc. 2 Cor. IX, 6. Gal. VI, 7. 8. 9. Hebr. XII, 11. Iac. II, 13.

V. 1. *a*) Πόθεν πόλεμοι καὶ μάχαι ἐν ὑμῖν;] Πόλεμος totum bellum alioqui deſignat, μάχη ſingulos huius quaſi belli actus, ſeu proelia: ſaepe tamen pro litibus ac rixis

tollunt? Non sane ex ea animi vestri parte, quae mentis et rationis est, nec ex christiano ingenio, patientia, modestia, beneuolentia et charitate imbuto: sed inde, quod cupiditates animales abiectissima fouetis indulgentia; auaritiam, superbiam, adfectuum intemperiem, atque gestientes corporis

rixis priuatis ponuntur. Ab Homero illis adiungitur ἔρις, *contentio*, Iliad. A. v. 177.

Αἰεὶ γάρ τοι ἔρις τε φίλη, πόλεμοί τε μάχαι τε.

Sic LXX interpretes in designanda lite non publica adhibent, Ps. XXXV, (al. 34.) 1. CXX, 7. (al. CXIX, 6.) Genes. XXXI, 36. Neh. XIII, 11. ac noui foederis scriptores Ioh. VI, 52. 2 Cor. VII, 5. 2 Tim. II, 23. 24. Tit. III, 9.

(„Adde his illustrem ARRIANI locum a RAPHELIO huc adlatum, πρὸς „τὸ παιδάριον πόλεμος, πρὸς τοὺς γείτονας, πρὸς τοὺς σκώψαντας, πρὸς τοὺς κα„ταγελάσαντας: *bellum contra seruulum, contra vicinos, contra dicaces, contra* „*irrisores.*)„

Non ergo opus est, vt ad hoc comma explicandum bella ciuilia impiorum Iudaeorum obtorto collo trahamus, aut fingamus, hos ex Iudaeis, qui in ecclesiam Christi concesserant, bello se miscuisse publico, ac proelia commisisse.

Bella quidem, quibus Iudaei ante deletam vrbem et templum suis infesti fuerunt visceribus, armorumque et praedae studia, memoriae prodidit IOSEPHVS de B. Iud. l. IV. c. 3. §. 2. et alibi; sed haec in Iudaea agebatur fabula, et quidem post scriptam a Iacobo epistolam: nec ergo siue ad hoc tempus, siue ad hos Iudaeos, quos litteris adloquitur *Iacobus*, in dispersione degentes, pertinet. Rixas et contentiones priuatas castigat apostolus, quibus Iudaei Christiani nimis saepe turbabantur, mansuetudinem pacificamque indolem sacrorum, quae amplexi erant, prorsus non decentes. Confirmatur nostra explicatio, si cogitaueris, superioribus versibus dixisse apostolum, fructum esse caelestis sapientiae pacem atque amicum consensum, c. III, 17. 18. Iam ergo inquirit, *quo ex fonte rixae emanent? cum caelestis sapientiae fructus ab his sint diuersissimi.* Respondet ipse: *lites non deberi menti ac rectae rationi, nec spiritui Dei, sed cupiditatibus ipsorum*, eidem illi sapientiae, quam terrestrem et animalem c. III, 15. vocauerat, ex corporis adpetitionibus natae.

Maiori luce haec sermonis connexio fuisset perfusa, si diuisio in capita et versus filum orationis non abrupisset.

poris voluptates *b*) 118): quae sibi inuicem contraria bellum in vestris membris excitant *c*) 119).

V. 2.

118) Οὐκ ἐντεῦθεν, ἐκ τῶν ἡδονῶν ὑμῶν] „Si liceat per aliorum suffragia, duplicem „interrogandi notam huic commati aptare velim: *nonne hinc? ex voluptatibus „vestris?* Duplici ratione bellorum et pugnarum originem ostendit Iacobus: „primo illa existere ait HINC, i. e. ex hoc terrarum orbe. Sic opponuntur cae„lesti sapientiae, caeli illi filiae: at gigantum pugnae ex terra notae. Confer, „quae scripsit apostolus c. III, 15. Sic Ioh. XVIII, 36. ἐντεῦθεν idem est atque „*ἐκ τοῦ κόσμου τούτου, ex hoc mundo.* Deinde adcuratius addit, proficisci bel„la, *ἐκ τῶν ἡδονῶν ὑμῶν. Voluptates* hic pro cupiditatibus prurientis voluptatis „poni, iam obseruauit WOLZOGENIVS, Syrum interpretem laudans, qui ver„terit, *cupiditates.* Idem vocabuli *voluptatis* vsus Latinis non infrequens. MI„CHAELIS.

b) Iac. I, 14. 15. Prou. XIII, 10. 1 Cor. III, 3. Gal. V, 17. 24. 26. 1 Petr. II, 11. 1 Ioh. II, 16. 3 Ioh. 10.

Si cui volupe est, praestantissima Graecorum Latinorumque dicta, quae huc faciunt, collecta videre, consulat ille GROTIVM et vero PRICAEVM ad h. l.

c) Rom VI, 13. VII, 5. 21. 22. 23. Col. III, 5. Iac. III, 15.

119) Στρατευομένων ἐν τοῖς μέλεσιν ὑμῶν] „Intelligit apostolus non proprie sic „dicta corporis membra, sed potius animi facultates animales, quas Hebraei „membris corporis tribuere solent. Sensus ergo est: *rixas non ex vsu rectae ra„tionis, sed ex animalibus modo cupiditatibus ortas: vnde illa sapientia iure sit dicta „ψυχική.* Vis clarum huius phraseos exemplum? euolue Rom. VII, 23. „ἕτερον νόμον ἐν τοῖς μέλεσί μου, vbi τὰ μέλη idem sunt, quod v. 18. σὰρξ diceba„tur, opponunturque menti et rectae rationi. Vide ibi scripta a LOCKIO.

„Ratio denominationis inde petenda, quod cum hae cupiditates ministerio „membrorum et exardescant et perpetrentur, videantur esse cupiditates horum „ipsorum membrorum. Accedit, quod ex philosophorum orientalium senten„tia adfectus vehementiores ex solo corporis contagio orti credebantur: vnde „saltem ratio phraseos communi Iudaeorum vsu tritae peti potest. En tibi „VIRGILIVM reliquias orientalis philosophiae ex Pythagoraeorum placitis edis„serentem, *Aeneid.* VI, 730—735.

„*Igneus est illis vigor, et caelestis origo*
„*Seminibus, quantum non noxia corpora tardant,*
„*Terrenique hebetant artus, moribundaque membra.*
„*Hinc metuunt, cupiuntque, dolent, gaudentque, nec auras*
„*Respiciunt, clausae tenebris et carcere coeco.*

Vnde

Cap. IV.

Vulg. am.
v. 2. Concupiscitis, et non habetis; occiditis et zelatis, et non potestis

v. 2. Flagratis cupiditate multa possidendi 120), sed in auras abeunt desideria vestra. Inuidetis ergo plus habentibus *d*), magnaque

Vulg. Hieron.
Concupiscitis, et non habetis; occiditis et zelatis, et non potestis animi

„Vnde et vitia ei audiunt, paucis interiectis, *corporeae pestes*. Incredibile, quam „late serpserit opinio, et quam alte mentibus haeserit. Hinc et veteres, et vero „recentiores philosophi Orientalium corpus, peccati, vt putant, sedem, diris ma„lis adfligunt: quorum notitiam ex itinerariis peti velim.

„His vero cupiditatibus cum militia ab apostolo tribuitur, describit turbas „adfectuum et cupiditatum, iam hoc iam illud adpetentium, prout vel haec vel „illa cupiditas vires cepit, et quasi vicit. Hae pugnae bello persimiles. Bene „sensum expressit paraphrasis. Sistit ergo apostolus rixas cum sociis vt ortas ex „rixis magis etiam in viscera saeuientibus, ipsumque pectus nostrum dilaceran„tibus, quae pugna v. 1. viuis coloribus describitur. MICHAELIS.

V. 2. 120) Ἐπιθυμεῖτε] „*Huius* nempe *mundi opes*, vt ex sequentibus adparet. „Voluptatibus enim suis insumturi erant, quae anxie conquirebant, v. 3. et haec „desideria *amor huius mundi* esse dicuntur v. 4. Quae nisi ita essent, dona spi„ritualia doctorem perficientia intelligi potuissent.

„Adcuratior est nobis *Daniel* WHITBY in tradendis rebus, quarum cupi„ditate flagrauerint, in quarum numerum refert, 1) *immunitatem a tributis*, 2) „*imperium in alias gentes*. Vnde hanc notis suis inserit paraphrasin: *concupisci*„*tis libertatem et imperium, nec tamen habetis. His desideriis acti occiditis, nec* „*tamen potestis adsequi, quia non exquiritis, eademne Deo quae vobis placeant?* „*Precibus quidem petitis, nec tamen accipitis, libertatem et imperium: quia male* „*petitis, vestris insumturi libidinibus, vt nempe bonis huius mundi fruamini, gen*„*tiumque sitis tyranni*. Sed haec concident, modo ea relegere placuerit, quae „BENSONIVS scripsit ad v. 1. nota *a*), quaeque nos habemus in prolegomenis „p. 20. Accedit, quod duplicem sensum verbo αἰτεῖτε in oratione eodem filo „connexa tribuat WHITBYVS. MICHAELIS.

d) Φονεύετε καὶ ζηλοῦτε, *occiditis et zelatis*] ERASMVS, aliique ipsum sequuti pro φονεύετε, *occiditis*, legunt, φθονεῖτε, *inuidetis*. Ingens contra hanc lectionem argumentum, quod nulli omnino neque codici neque versioni antiquae innitatur. Possent tamen aliqua et pro illa dici:

1) OECVMENIVS quomodocunque tandem intellexerit, legit, φονεῖτε, quod verbum vnius saltem litterae discrimine a φθονεῖτε distinguitur. Vide MILLIVM. 121).

2) Versu 5. φθόνον etiam legimus, nec aliud ibi nisi inuidiae crimen damnatur. Connexio vero nostri versus cum quinto lectorem cautum non fallet, idemque vitium vtroque commate castigari facile perspiciet.

3) Si

Vulg. ant. impetrare; rixa-

animi cum perturbatione et nefaria aemulatione aliena *e*) adpetitis,

Vulg. Hieron. dipisci; litigatis et

3) Si legas φθονεῖτε, sequente ζηλοῦτε, gradatio erit orationis, atque (vt *Ciceronis* vel potius *Lucilii* verbis vtamur) *lepide lexes compostae, vt tesserulae omnes arte, pauimento atque emblemate vermiculato.* φθονεῖτε enim significat: *male vos angit, quod aliis bene sit: vnde male illis cupitis.* At grauius erit ζηλοῦτε, *flagrantem* indicans *cupiditatem bonis aliorum potiundi, studiumque aemulum superandi illos diuitiis, bonore aliisque commodis, ad quam quasi metam contendis quacunque tandem via, licita, nefaria, nec cogitans, quid prosit alios vicisse? quo fine id facere cupias? nec dubitas alios fortunis euertere, vt ex eorum quasi ruinis tuae monumentum ambitioni statuas.*

4) Si caedium rei fuissent sparsi tum inter gentes christiani, futurum erat, vt animaduerteret in illos magistratus, scelerisque auctores exstirparet.

5) Tantae atrocitatis scelus, quale homicidium, idque ex auaritia natum, non leui adeo brachio tractaturus videtur apostolus. Vnica saltem vox hanc tantam labem et maculam nomini primorum Christianorum adlinit: nec vnum modo homicidium, sed multiplicatum et vsu tritum illis tribuit. *Sic* enim loquitur, ac si rem, quae in consuetudinem abiisset, castigaret. Nec tamen in tota hac oratione vox alia vlla de homicidio hiscit; nec alia vitia, nisi auaritiae, ambitus, inuidiae et contentionis notantur: id quod grauioris nobis momenti argumentum esse videtur.

Si tamen lectionem omnino adsperneris, quam nulli nec codices nec versiones iuuant, verbo acerbissimo φονεύετε mitior tribuenda sententia. *Bella et pugnae* v. 1. erant *rixae et contentiones:* sic, *occiditis et zelatis* idem erit, ac, *promti estis vel ad scelera atque homicidia perpetranda,* (more zelotarum inter Iudaeos) *vt auaritiam vestram expleatis.* Sic homicidium mente conceptum eodem vocabulo, quo caedes perpetrata, notabitur. Nec secus IOANNES: *quicunque odit fratrem, est homicida.* 1 Ioh. III, 15.

Obseruationi huic satis longae verbulum addere liceat, quosdam codices initium modo et finem huius versus habere: *concupiscitis, nec habetis: quia non petitis.* Vide MILLIVM. Quam lectionem si quis amplexus fuerit, tricis ille nostrae explicationis non impedietur.

*21) „De OECVMENII lectione commode obseruat S. V. BENGELIVS, eo minoris illam faciendum, quod lapsu scribarum ex rhythmo ἐπιθυμεῖτε orta sit. Mitior vocis φονεύετε explicatio minus nobis impedita videtur. Sensus est: *mortem optatis alienam;* seu *ante diem in annos aliorum inquiritis, vt bona ipsorum vobis cedant.* Vide quae B. WOLFIVS erudite et acute in *curis ad h. l.* differit. „Videtur tandem adlusio aliqua verbi φονεύετε ad φθόνον subesse. MICHAELIS.

e) Prou. XIII, 4. XV, 27. XXVIII, 20. Sirac. XI, 11. 1 Tim. VI, 9.

f) Matth.

Cap. IV.

Vulg. ant. tis et pugnatis, et non habetis: propter quod non petitis.

et tamen tantopere expetita vobis negantur. Lites et inimicitias suscipitis, vt vestras opes augeatis, sed in cassum sunt labores vestri: non solum, quod stolida ad opes via contenditis, sed in primis, quod Dei pacem et benedictionem nullis exquiritis precibus *f*).

Vulg. Hieron. et belligeratis, et non habetis: propter quod non postulatis.

v. 3. Petitis, et non accipitis, propter hoc, quod male petitis; vt in libidines vestras erogetis.

v. 3. Petitis nonnunquam a Deo, vt diuitias vobis omnisque felicitatis tribuat cumulum, nec quidquam accipitis: petitis enim haec omnia malum in finem *g*), vt voluptatibus illa corporis impendatis *h*).

Petititis, et non accipitis, eo quod male petatis; vt in concupiscentiis vestris insumatis.

v. 4. Fornicatores, nescitis, quoniam amicitia seculi inimica Dei est. Quicunque ergo voluerit amicus seculi esse, inimicus Dei perseuerat.

v. 4. Amore nimio rerum huius seculi capti, leges illius connubii, quod Deo vos iungit, violastis *i*), neglecto patientiae studio et abnegatione rerum terrestrium, cui vos baptizati addixistis. Vosne enim, tot iam annos christiani, ignorare poteritis, nimium huius

Adulteri, nescitis, quia amicitia huius mundi inimica est Dei? Quicunque ergo voluerit amicus esse seculi huius, inimicus Dei constituitur.

seculi

f) Matth. VII, 7 — 11. XVIII, 19. XXI, 22. Iac. I, 5. 17.

V. 3. *g*) *Petitis, nec accipitis, propterea quod male petitis.*] Huius indolis precibus patulas praebere aures nunquam promisit Deus. Iob XXVII, 8. 9. XXXV, 12. 13. Ps. XVIII, 41. LXVI, 18. Prou. I, 28. XXVIII, 9. Ies. I, 15. etc. Ier. XI, 9. 10. 11. XIV, 12. Ezech. VIII, 18. Mich. III, 4. Zach. VII, 11. 12. 13. Matth. VI, 33. XVIII, 19. XX, 21. etc. Iac. I, 5 — 8. Bona tantummodo petere, et vero bonum in finem, atque secundum voluntatem Dei debemus. Ps. XV, 1. etc. XXXIII, 18. etc. XXXIV, 8. 15. etc. CXLIV, 18. 19. 20. Sirac. II, 6. etc. Ioh. IX, 31. 1 Ioh. III, 22. V, 14.

h) Ps. LXVI, 18. Luc. XII, 18. etc. 1 Ioh. II, 15. 16. III, 22. V, 14.

V. 4. *i*) VELESIVS, *Syrus*, *Vulgata* versio, *Coptica*, *Aethiopica*, non legunt μοιχαλίδες. Videatur MILLIVS.

ſeculi [122]) amorem, Deique veram dilectionem coniungi non poſſe *k*)? Planiſſimum quidem hoc! vnde ſequitur, vt, ſi cuius animus in rebus huius ſeculi defixus haeret *l*), inimicus ille Dei habendus ſit. Haec enim numinis lex, vt animos noſtros et cogitationes a ter-

Summa impietas, idolorum inprimis cultus, adulterio ſaepe a ſcriptoribus Iudaicis comparatur. Pſ. VII, 3. 27. Ieſ. LVII, 7. 8. 9. Ierem. II, 20. 25. III, 1. 2. 6. etc. XIII, 24. Ezech. XVI, 15. etc. XXIII, 3. etc. Hoſ. II, 2. 5. IV, 12. IX, 1. Matth. XII, 39. XVI, 4. 2 Cor. XI, 2. Sequentia faciunt, vt non de adulterio carnis, ſed illo cogitet cautus lector, quod amore rerum huius ſeculi committitur. 122)

122) Ἡ φιλία τοῦ κόσμου] „Cum adulterium exprobret *Iacobus* ſuis malim φιλίαν „eo ſenſu accipere, quo *amores et Venerem*, non quo amicitiam ſignificat. Sic „vxor vocatur Prouerb. V, 19. ἔλαφος φιλίας, *cerua amorum*; atque adultera ſto„lido iuueni dicit Prouerb. VII, 18. ἀπολαύσωμεν φιλίας ἕως ὄρθρου, *fruamur* „*amoribus ſub auroram.* Erunt vero *amores mundi*, cum amorem Deo debi„tum, iuſto quaſi marito, in res perituras huius mundi conuertis: quod qui fa„ciunt, *moechi et moechae* audiunt. Miror caeterum, BROCHMANDVM de adul„terio carnis hic cogitare potuiſſe. Vocabulum ἔχθρα, quod ſubſtantiuum plu„rimi habent, adiectiuum putauit vulgatus interpres vterque, tono, in vltimam „coniecto, ἐχθρὰ, quod ad ſenſum perinde, nec magni momenti eſt, cum accen„tus Graeci recentioris ſint originis. MICHAELIS.

k) Pſ. X, 3. Matth. VI, 24. XII, 30. Luc. XII, 15. etc. Ioh. XV, 18. 19. XVII, 14. Rom. VIII, 7. 8. 1 Cor. VI, 15. Gal. I, 10. V, 17. 24. VI, 14. 1 Tim. VI, 10. 2 Tim. III, 4. Tit. II, 11. etc. III, 3. etc. 1 Ioh. II, 15. 17. V, 19.

l) Pro καθίσταται Codex Cantabrigienſis cum verſionibus *Syr.* et *Aethiop.* habet ἐστί. 123)

123) „De verſionibus quomodo hoc dici poſſit, equidem non video, cum ſiue ἐστὶ „legerint, ſiue καθίσταται, idem tamen ſenſus ab interprete exprimendus ſit. Ac„cedit, quod *Syrus* ne quidem pronomine ܗܘ vtatur, quod Graeco ἐστὶ reſpon„dere ſolet, ſed aliam vocem ܗܘܐ adhibeat, vt prorſus ἐστὶ non legiſſe videa„tur. Sed corrigendus in hoc MILLIVS: nec enim Noſtro ſed MILLIO hic „quamuis leuis error imputandus. MICHAELIS.

V. 5. 6.

Cap. IV

Vulg. ant.
v. 5. Aut putatis, quoniam inaniter dicit scriptura: ad inuidiam conualescit spiritus, qui habitat in vobis?

terrestribus ad caelestia traducamus.

v. 5. Putatis, quod frustra ac sine ratione sat graui *m*) scriptura *damnet ambitiosum animum, rebusque inhiantem terrestribus?* Aut mente

Vulg. Hieron.
An putatis, quia inaniter scriptura dicat: ad inuidiam concupiscit spiritus, qui habitat in vobis.

V. 5. 6. *m*) *An putatis, quod inaniter dicat scriptura* etc.] Notat ERASMVS, variis rationibus haec duo commata a recentioribus explicari nec tamen ea, quae ipse reliquorum interpretum cogitatis addit, omnino nobis satisfaciunt.

Si *Homerum* iam aut *Platonem* critica manu tractaremus, illam sententiam, quae nulla se luce oculis nostris ingerit, aut male a nobis legi aut praue explicari diceremus: nec video, cur idem criticus candor ab interpretibus huius epistolae adhiberi non debeat. Elegans est scriptor *Iacobus*, ad poëtarum haud raro dictionem adsurgens: lectoresque epistolae huius adcurati nec liuidi, modo libere loquantur seposita etiam inspirationis diuinae cogitatione, negare non potuerunt phrasin *Iacobi* maioris longe nitoris esse, quam ab eiusdem conditionis hominibus in nostris terris, quamuis forte elegantius *Iacobo* educati atque informati sint, exspectari possit.

Sed quem haec in finem? Sunt nempe, qui suspicentur, librariorum incuria aliquid morbi duo haec commata contaminasse. Quod si concedas, forte *Iacobi* intemerata oratio eadem in his duobus incisis luce se commendabat, ac reliqua epistola. Fateor tamen, nihil quod hic habent variarum lectionum collectores, has quasi tenebras illustrare.

Illa explicatio, quam in paraphrasi dedimus, modo vera sit et genuina, criticis manibus ipsi lectioni adhibendis opus non erit. En tibi eius seriem et argumenta. Interrogauerat v. 4. apostolus: *nescitis, quod amicitia seculi inimica Dei est?* Responsum ipse non addit, vtpote sua sponte lectori obuium. Versu quinto videtur mihi duplicem proponere quaestionem, neutri addita responsione, quam, pro oratorum ac poëtarum more, lectoris iudicio relinquit. Prima quaestio ellipsi laborat, sic supplenda: *putatis*, quod inaniter loquatur scriptura *contra mentem in perituris huius seculi rebus defixam?* Responderi debebat, οὐδαμῶς, *nequaquam!*

Secunda quaestio: *spiritusne, qui in nobis est, ad inuidiam fertur?* ad quam iterum *nequaquam* respondendum. Sic particulae aduersatiuae δὲ in initio commatis sequentis vis sua constat: *spiritusne, qui in nobis est, ad inuidiam fertur?* οὐδαμῶς· μείζονα δὲ δίδωσι χάριν. *Nequaquam! sed maiorem dat gratiam.*

Quod κενῶς idem sit, ac *sine ratione*, disce ex LXX Ies. XLIX, 4.

 Forte

mente concipitis, fieri posse,

vt

Forte quis dixerit, *γραφὴν ab apostolo citatam, esse Matth. VI*, 24. Fatendum omnino, id quod huic coniecturae fauet, *Petrum* epistolas fratris sui *Paulli* nomine *scripturarum* vocare, 2 Petr. III, 15. 16. *Matthaei* vero euangelium inprimis Iudaeorum in gratiam, cum quibus res erat *Iacobo*, scriptum existimatur: atque illa, quae c. V, 12. legimus, nisi ex ipsius Domini ore hauserit *Iacobus*, ex *Matthaei V*, 34. etc. *XXIII*, 16. etc. petita sunt. Vsitatior tamen significatus vocabuli *scripturarum* ad *tabulas prisci foederis* pertinet: vnde existimo, plura veteris testamenti commata coniunctim hic citari. 124)

124) „Nimis nobis dura videtur medicina, quam auctor loco aegro ae prope de„posito attulit; illamque ellipsin, cuius ne vola quidem et leuiter pressum vesti„gium in textu adparet, *Iacobo* tribuere veremur. Gratia tamen BENSONIO „habenda, quod locum fere desperatum tentare voluerit. Plurimorum interpre„tum sententiis, (vide illas collectas a WOLFIO) non magis calculum adiici„mus, quam BENSONIVS, qui iure illas repudiare videtur. Illa tamen placuit „medicina, mitis atque facilis, quam non omnino quidem interpretibus inco„gnitam Parens noster commati huic in obseruationibus manuscriptis adhibet. „Repetit ille allegatum *Iacobi* ex Prouerb. XXI, 10. נפש רשע אותה רע, „quod LXX vertunt, ψυχὴ ἀσεβοῦς ἐπιθυμεῖ κακῶν: *anima impii cupit malum.* „Sententiam, pace eius, cui nos debemus, nostram faciemus atque ornabimus. „Comma *Iacobi* ita distinguo: ἢ δοκεῖτε, ὅτι κενῶς ἡ γραφὴ λέγει πρὸς φθόνον, ἐπι„ποθεῖ τὸ πνεῦμα ὃ κατῴκησεν ἐν ὑμῖν;

1) „Primum ergo voces, πρὸς φθόνον, refero ad prius membrum, hoc sen„su: *an vero putatis, quod scriptura frustra dicat* DE *inuidia*, etc. Qui πρὸς „vertunt *contra*, vim aliquam Graecae adferre videntur orationi: at vero DE „saepe significat, vt Hebr. I, 7. πρὸς μὲν τοὺς ἀγγέλους λέγει· ὁ ποιῶν ἀγγέ„λους αὐτοῦ πνεύματα. Vide ibi interpretes. Iure vero credo receptam me in„terstinctionem migrare: nam πρὸς φθόνον ἐπιποθεῖ non Graecum est, si ver„tas, *contra inuidiam cupit*: sin ita, *inuidiam cupit*, sensum fundit nullum. „Quis enim inuidiam cupiat? quis optet, vt aliis inuidere possit?

2) „Citatur ergo dictum de inuidia agens, eiusque turpem explicans na„turam. Bene quadrabit dictum *Salomonis* a Parente nostro huc adlatum. Il„lud enim אותה רע *cupit malum*, significat, *cupere vt aliis male sit*, i. e. in„uidere aliis.

3) „Comma Salomoneum non quidem omnium verborum habita ratione, „sed cum leui immutatione citatur, vt fere consuetum apostolis. *Anima im„pii*, (נפש רשע) redditur a *Iacobo*, τὸ πνεῦμα, ὃ κατῴκησεν ἐν ὑμῖν. Ver„sionem *vulgatam* vtramque, *Aethiopicam*, atque editionem *Henr. Stephani* se-

quutus

vt *n*), ſpiritus Dei, qui in nobis chriſtianis habitat, auaritiam, ſuperbiam aut inuidiam accendat?

„quutus malim legere ὑμῖν, quam ἡμῖν. *Spiritus* vero iſte, *qui habitauit in vobis*, erit *anima impia*, lectoribus Iacobeae epiſtolae olim familiaris. Sic *Paullus* eiusdem ingenii hominibus ſcribens, *eramus*, inquit, *et nos — — in malitia „et inuidia verſantes, nosque inuicem odio habentes.* אותה רע vertit apoſtolus, „ἐπιποθεῖ: i. e. *feruidis flagrat deſideriis.* Vox in malam partem accipitur, vt „apud CICERONEM vocabulum *cupiditatis* ſaepiſſime. Sic Cic. in Verrem: „*ait, cupiditati hominum ſe obuiam ire:* i. e. er wolle ihrem Geitz begegnen. „L. I. in Verr. c. 1, *certet mea diligentia cum illorum omnium cupiditate.* Liuius „L. I. c. 11. *nihil per iram aut cupiditatem actum eſt.*

4) „Monet ergo *Salomon*, de inuido homine agens, *incredibilem eſſe huius „vitii cupiditatem*, *eiusque generis*, *quae mala cupiat.* Dum enim aliis inuides, „cupis, vt illis male ſit, quo tu poſſis illos opibus aut dignitate vincere. Aptiſ„ſima inuidi deſcriptio, *quod malum cupiat*: Hebraaeisque adeo viſitata, vt et „*oculus malus* idem ſit illis atque *inuidus.* Haec vero in vanum et fruſtra dici „putat, ſaltem putare videtur, ſi quis inuidiae faces non omni arte exſtinguit, „quae tam facile exardeſcunt totumque hominem occupant.

5) „Verbum de voce ἐπιποθεῖ addiderim. LXX videntur legere ἐπιθυμεῖ. „Sed forte haec lectio ex ingenio nata. Saltem verba in *Alexandrino* codice „deſunt, atque BREITINGERVS adiecto ſigno X illis accenſet, quae ex „THEODOTIONIS verſione in textum τῶν ό irrepſiſſe probabilibus argumen„tis colligit. Forte ergo LXX cum *Iacobo* ἐπιποθεῖ legerunt. MICHAELIS.

n) Fuerunt, qui comma hoc ex tabulis V. T. citari crederent, illudque Geneſ. VI, 3. VIII, 21. Num. XI, 29. Prou. XXI, 10. legi contenderent. Nec tamen ſiue haec, ſiue alia commata huc trahi poſſunt. Credunt alii, apoſtolum ſententiam plurium dictorum V. T. ſuis verbis exprimere, quod et fieri Ioh. VII, 38. 1 Cor. XIV, 21. 34. Eph. V, 14. opinantur. Illa vero ipſa dicta adferre et promere in medium debebant: quatuor enim iſta, ſupra adlata, prorſus ne huius quidem ſententiae ac ſenſus eſſe videntur. Iudaeorum vero aliquod praeceptum ex traditione orali hauſtum, aut interpretamentum, idque nomine *ſcripturae*, citari; tantum a veri ſimilitudine abeſt, vt ne refellere quidem velim. Prorſus non opus eſt, vt dictum veteris teſt. citari putes, atque aliqua commata obtorto huc trahas collo, ſi mecum in duas quaeſtiones verſum diuidas. 125)

125) „Tu vero lector, lege notam noſtram 124. Accedit, quod dictum aliquod „V. T. citari vel ex v. 6. fit probabile, vbi ſtatim poſt λέγει comma diuinum priſci „foederis adfertur. MICHAELIS.

dat *o*)? Neque hoc neque illud nisi fatuus dixerit.

Vulg. ant.
v. 6. Maiorem autem dat gratiam. Propter quod dicit: Deus superbis resistit, humilis (*libus*) autem dat gratiam.

v. 6. Potius illos, qui ipsum ducem et magistrum sequuntur in excercendo amore, modestia, et continentia cupiditatum terrestrium, singulari indulgentia fouet *p*) [126]). Unde et scriptura dicit *q*): Deum tanquam instructa acie superbis et inuidis

Vulg. Hieron.
Maiorem autem dat gratiam. Propter quod dicit: Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.

o) *Spiritus, qui habitauit in nobis*] Siue intelligas *animum hominis, mentis ac rationis sedem*, siue *Spiritum Dei*, constat, neutrum nos inuidia aut alio animi morbo contaminare. Ἡ ψυχὴ, seu *anima*, et σὰρξ *caro* ad peccandum pelliciunt. Vide notam *f*) Cap. III, 15. et confer Rom. VII, 18. 1 Petr. I, 22. etc.

Equidem certus sum, non alium nisi *Dei Spiritum, credentibus datum*, intelligi: vide Rom. VIII, 9. 11. 1 Cor. III, 16. VI, 19. 1 Ioh. III, 24. IV, 12. 13. Pro ἐν ἡμῖν *Vulg.* et *Aeth.* legerunt ἐν ὑμῖν *in vobis.* Minor tamen eorum auctoritas, quam vt nostrae lectioni detrimento cedat, inprimis cum sensus mutationem nullam fieri iubeat.

V. 6. *p*) Matth. VII, 7—11. XXV, 29.

126) Μείζονα δὲ δίδωσι χάριν] „Spiritum Dei pro subiecto orationis habet para„phrasis, cum qua facere non possumus, cum in commate quinto spiritum non „Dei, sed mundi viderimus. Intelligunt alii Deum. Sic *Emmanuel* SA, HAM„MONDVS aliique. HAMMONDVS quidem inprimis de illa gratia cogitat, qua „Deus ante diluuium vsus emendationis tempus hominibus concessit, quia Genes. „VI, 3. superiori versu citari credit. Nobis simplicius videtur, ex v. 5. re„petere ἡ γραφή. Scriptura vero dare gratiam dicitur, vbi illam promittit. „MICHAELIS.

q) Διὸ λέγει] i. e. siue, *scriptura dicit*, siue, quod eodem redit, *spiritus per scripturam dicit.*

Citatur dictum *Salomonis*, Prou. III, 34. ex LXX interpretibus, eadem in vertendo verba adhibentibus, nisi quod Κύριος scribant, vbi *Iacobus* habet Θεός. Nec tamen desunt codices, qui hoc ipso in loco Κύριος exhibent.

Compara cum *Iacobi* sententia Iob. XXII, 29. Ps. XVIII, 26. 27. CXXXVIII, 6. CXLVII, 6. Prou. XXIX, 1. 23. Ies. LVII, 15. Matth. XI, 29. XXIII, 12. Luc. I, 52. XIV, 11. XVIII, 14. 1 Petr. V, 5. 6.

Codices aliqui a MILLIO citati omittunt, quae hinc vsque ad finem versus sequuntur: *quare dicit, Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.* Quae

Cap. IV

inuidis [127]) resistere, modestis vero et obedientibus gratiam tribuere.

Vulg. ant.
v. 7. Subditi estote Deo: resistite autem zabolo, et fugiet a vobis.

7. Subiecti ergo estote voluntati diuinae *r*), eiusque totos vos permittite numini. Tentationibus ad pecca-

Vulg. Hieron.
Subditi ergo estote Deo: resistite autem diabolo, et fugiet a vobis.

Quae si vel expungerentur, filum tamen orationis integrum foret. Credo tamen, haec potius a librariis oscitantibus omissa, quam a nasutulis addita esse, cum antiquissimi et grauissimi quique codices nostrae lectioni accedant. Facilior negligentiae librariorum lapsus, cum vltima vox et huius et praecedentis sententiae sit χάριν: nimis enim saepe in ὁμοιοτελεύτοις peccant scribae omittendo.

127) Τοῖς ὑπερηφάνοις] „Addit BENSONIVS in paraphrasi, *et inuidis*, ne nulla „cum praecedentibus esse videatur connexio. Probanda industria: eos intelli„git superbos, qui zelo et aemulatione flagrabant, quod ipsum vitium supra nota„uerat apostolus v. 2. 3.

„Quid tamen? si Iacobo *superbus* sit *Iudaeus ille disputator*, *ventosae sapien„tiae nimia aestimatione turgens*, c. III, 13. 14. descriptus. Sic quasi in viam redi„ret apostolus, qui v. 1—5. omnis generis cupiditates et inuidiam reprehen„derat. Hac saltem nostra nobis coniectura blanditur specie, quod, qui Graecis „*superbus* audit, ab ipso Salomone לץ *irrisor* vocetur, *qui cum abusu linguae et „aliorum ignominia se effert.* Confer omnino c. III, 13. 14.

„Verbum ἀντιτάσσεται sententiam magis quam phrasin Hebraicam reddit. „Scripserat Salomo, יליץ, *spernit ridetque*. Nolim ergo ex phrasi Graeca so„lis LXX debita magnas, nonnullos interpretes sequutus, emphases effingere. „MICHAELIS.

V. 7. *r)* Ps. XXXVII, 5. 7. 1 Petr. V, 6.

Ὑποτάγητε, *subiecti estote*, idem est ac, *subiicite vos ipsi.* Sic occurrit Rom. X, 3. XIII, 1. 5. Eph. V, 21. 22. 24. Coloss. III, 18. Tit. II, 5. 9. III, 1. 1 Petr. II, 13. 18. III, 1. V, 5. 128).

128) „Obserua quoque paronomasiam, quae intercedit inter hoc nostrum ὑποτάγητε, „et petitum ex LXX ἀντιτάσσεται, quae sensum nobis hunc pandit: *nolite ergo „et vos tanquam superbi Deo resistere, sed potius vt vere humiles ei subiecti estote.* „Erit ὑποτάσσεσθαι, cum ducem exercitus iusti ordinis tenax veneratur miles, non „arro-

peccatum sollicitantibus [129]) s) fortiter resistite: sic vestra erit victoria t).

Vulg. ant.
v. 8. Accedite ad Dominum, et ipse ad vos accedit. Mundate manus, peccatores, et sanctificate corda vestra.

v. 8. Ad Deum pura, humili et sancta mente, accedite, ita vt praecipit vobis euangelium u); tum ad vos accedet x), benedicturus vobis atque futurus auxilio. Puricificate y) manus vestras, impii

Vulg. Hieron.
Appropinquate Deo, et appropinquabit vobis. Emundate manus, peccatores, et purificate corda, duplices animo.

„arrogantius se contra illum effert. Eidem similitudini ex acie petitae porro „inhaeret apostolus, addens: *resistite diabolo*. MICHAELIS.

129) *Resistite diabolo*] „Moniti huius filum repetendum ex c. III, 15. vbi fictam „illam sapientiam, fastu tumescentem, diabolicam dixerat apostolus, i. e. a dia„bolo eiusque seductione profectam.

„Caeterum ne quem moueat vocabulum *zabuli*, latino interpreti vsurpa„tum, *Ioannis* MARTIANAEI verba adscribimus: *zabolo*, *pro* DIABOLO. *Vox* „*est vsurpata ab antiquioribus latinis patribus*, *vt ab* HILARIO *Comment. in Matth.* „*c. 26.* furem enim ostendit zabulum. *Vox mutuata ab Aeolibus*, *qui legunt* ζά„*βουλος pro* διάβολος. MICHAELIS.

s) Eph. IV, 27. VI, 11. etc. 1 Petr. V, 8. 9.

t) *Et fugiet a vobis*] Non lustrali aqua aut crucis signo diabolus in fugam coniicitur, aliisque incantationibus, sed virtutis ac pietatis studio. Matth. IV, 1—11. Eph. VI, 10. etc. 1 Petr. V, 8. 9.

Prior pars huius commatis ad cap. III, 13. 17. 18. posterior ad c. III, 15. spectare videtur.

V. 8. u) *Accedite ad Deum*] Phrasis, vt videtur, petita a Iudaeis, sacerdotibus inprimis, ad Deum ipsum accedentibus, cum ad templum, Schechinae sedem, contenderent. Vide Ies. XXIX, 13. Ezech. XLIII, 19. XLIV, 13. Zeph. III, 2. Matth. XV, 8. Ioh. IV, 20. 24. 1 Thess. I, 9. 1 Tim. VI, 16. Hebr. X, 19. etc. XI, 6. Omnes, qui in Christo sunt, accedere possunt ad Deum, populus sanctus, atque regali fastigio sacerdotes. 1 Petr. II, 9. 130).

130) „Bene auctor intelligit eius generis accessum ad Deum, qui fit a populo Dei. „Melius quam *Daniel* WHITBY, qui de conuersione impiorum Iudaeorum ad „Christum hic cogitat, vt per Christum ad Deum accedere possint. At haec epi„stola non infidelibus, sed Christianis scripta. MICHAELIS.

x) 2 Paral. XV, 2. Ps. CXLV, 18. 19. 20. Ies. LVII, 15. Luc. XV, 18. etc. Iac. I, 7.

y) *Purificate manus*] Adludit ad frequentes Iudaeorum baptismos, lotionesque manuum,

pii *z*), quas iniusto lucro per vim fraudemue capto, aut aliis atrocibus factis contaminastis. Hi vero ex vobis, quorum corda voluptatibus, aut hypocrisi, aut mundi amore polluti, aut hoc morbo adfecti sunt, quod Deo eiusque prouidentiae se non credant, ab his sordibus vt purificentur studeant *a*).

Vulg. ant.
v. 9. Duplices corde, lugete miseri et plorate: risus vester in luctum conuertatur, et gaudium in tristitiam.

v. 9. Succedat in locum cupiditatis, qua diuitias atque honorem petitis, eiusque indulgentiae, qua fouetis animalia desideria et corporis voluptates [132]), seria poenitentia

Vulg. Hieron.
Miseri estote, et lugete et plorate: risus vester in luctum conuertatur, et gaudium in moerorem.

manuum, priusquam cibum caperent, Ies. I, 15. 16. LIX, 3. 6. Ion. III, 8. Matth. XV, 2. XXVII, 24. „(Adde, *priusquam ad altare Dei accederent*, Exod. „XXX, 20. 21.) 131)„

131) „Notanda est gradatio orationis: 1) *purificate manus*, i. e. *emendate opera vestra*, quae Hebraeis omnia manu peragi videntur: 2) *casta facite corda vestra*. „Ne sit simulata vestrorum operum emendatio: adulteram mentem et impuros „mundi amores ipso ex animo eripite et eradicate. Petita iterum a coniugio „phrasis, vt supra v. 4

„Illud dictum ἁμαρτωλοῖς, *peccatoribus manifestis:* hoc διψύχοις, qui vtut „videbantur Deum amare, dilectionem tamen suamq; ipsum inter et res mundi „diuidebant. Haec qui cogitauerit, non probabit, quod prisca *Vulgata* τὸ δί„ψυχοι ad sequens comma retulit. MICHAELIS.

z) Ἁμαρτωλοὶ] Hoc nomine vitiorum suorum serui, quique grauioribus tenentur delictis, insignes sunt, Genes. XIII, 13. 1 Sam. XV, 18. Ps. CIV, 35. Matth. IX, 10. XXVI, 45. Luc. VII, 37. XV, 7. 10. Ioh. IX, 16. 31. Longe ab hoc nomine distat piorum illa forma et quasi imago, quam scriptores sacri exprimunt: Genes. VI, 9. Iob. I, 1. Ps. I, 1. Cohel. IX, 2. Matth. I, 19. XXIII, 35. Luc. I, 6. II, 25. XV, 7. Rom. VIII, 4.

a) *Purificate corda*] Ps. LI, 2. 10. Ier. IV, 14. Matth. XV, 19. 20. Marc. VII, 20—23. 2 Cor. VII, 1. 1 Petr. I, 22. 1 Ioh. III, 3.

V. 9. 132) „Est in hoc et sequ. versu per gradus adsurgens oratio, eandem rem „pluribus

tia malorum lacrumis ſe et lamentis prodens *b*). Riſus veſter et geſtiens laetitia [133]) in moerorem et luctum mutetur, atque alacritas gaudii in ruborem et horrorem *c*) ex peccatorum veſtrorum conſcientia natum.

V. 10.

„pluribus verbis ita exponens, vt adcuratius cognoſci poſſit: 1) ταλαιπωρήσατε, „i. e. *miſeros vos agnoſcite*: ſuccedat in locum arrogantiae ſenſus miſeriae. 2, Πενθήσατε: ſenſus hic miſeriae cum *triſtitia et luctu* coniunctus ſit; nec ſit cognitio miſeriae ſine adfectu animi. 3) κλαύσατε: tanta ſit triſtitia, vt ex animi latebris „erumpat, aliisque per ſigna oculos ferientia ſe prodat. 4) ταπεινώθητε ἐνώπιον τοῦ „Κυρίου: i. e. nec ſolum agnoſcenda veſtra miſeria, ſed eadem precibus et ſupplicationibus Domino innoteſcat. MICHAELIS.

b) *Miſeri eſtote, lugete, et plorate*] Pſ. VI, 6. VII, 11. Cohel. VII, 3. Ieſ. LVII, 15. Ierem. IV, 8. IX, 1. Ioël II, 12. 13. 14. Matth. V, 4. Io. XVI, 20. 2 Cor. VII, 10. 11. *Gaudere* quidem *in Domino* debemus, i. e. gaudere exercendo virtutem, et proſpectum futurae beatitatis ab euangelio promiſſae capientes. Rom. XIV, 17. Gal. V, 22. Phil. IV, 4. 1 Theſſ. V, 16. Superbiae vero, inuidiae, auaritiae aut corporibus voluptatibus coniunctum gaudium in vitio eſt.

His maculis ſi vita noſtra contaminata fuerit, humilis poenitentia corda noſtra ſternat. Hoc conſilium eſt, ab apoſtolo profectum, quod inprimis opponi videtur vitiis v. 3. 4. atro carbone notatis. Confer Iac. V, 1. etc.

133) Γέλως ὑμῶν] „Intelligo riſum diſputatorium, quo hucusque acerbius veritatem exagitauerant *ſuperbi* (c. IV, 6.) ſeu, vt *Salomonis* vocabulo vtar, „לצים *irriſores*. Vide c. III, 14. IV, 6. ibique notata. MICHAELIS.

c) Κατήφεια eſt vultus in terra defixus, qualis illorum eſſe ſolet, quos pudor et ignominiae vicit conſcientia, quorum oculi in terram deiecti, omnisque vultus et corporis habitus quaſi pronus, magnitudinem moeroris et pudoris ſignificant. Vide κατηφὴς Sapient. XVII, 4. et κατηφεὶν Homer. Iliad. π. 498. et 556. 134)

134) „Et pulcre quidem ſibi opponuntur κατήφεια et ὑπερηφανία: illa demiſſo „vultu lugens, haec erectos ad ſidera oculos cum contemtu aliorum attollens. „Quid hic ſit κατήφεια, vix illuſtrabimus felicius, quam ex Luc. XVIII, 13. *eminus conſiſtens nolebat oculos ſuos ad caelum attollere*. MICHAELIS.

V. 10.

Cap. IV.

Vulg. ant.
v. 10. Humiliate vos ante Dominum, et exaltabit vos.

v. 10. Modo enim has in crimina veſtra iras conceperitis, piaque mente humiles Deo obtuleritis preces *d*), ſpem concipere poteſtis, fore vt a perſecutionibus, ſub quibus ingemiſcitis, liberatos ad verum vos honorem ſummasque ac ſtabiles prouehat diuitias *e*).

Vulg. Hier.
Humiliamini in conſpectu Domini, et exaltabit vos.

SECTIO VIII.

Cap. IV, 11. 12.

CONTENTA.

Acerbitatem cenſoriam et calumniandi libidinem caſtigat his verſibus apoſtolus. Nimium ſibi ſumere rigidos cenſores ait: chriſtianam eos legem, haec prohibentem, carpere: in Chriſti incurrere offenſam, vnici legislatoris et iudicis.

Suſpicor, cenſorias Iudaeorum rugas nimio flagrantium zelo notari, qui dura in illos quamuis per Chriſtum fratres dicta proferebant, ſi qui legem Leuiticam negligerent.

PARA-

V. 10. *d*) Vide v. 6. 7. 2 Sam. VII, 18. etc. Pſ. CXXXI, 1. etc. 1 Cor. XV, 9. 1 Tim. I, 13. 15.

e) *Humiliamini in conſpectu Domini.*] Perditos ſuperbiae fructus diſce ex Exod. XIV, 27. etc. XV, 9. 10. 2 Reg. XIX, 35. Eſth. VII, 10. Dan. IV, 30. 31. etc. V, 5. etc. Act. XII, 21—23. Pia vero animi humilitas praeſtantiſſima quaeuis procreat, Geneſ. XLI, 39. etc. Iob. XXII, 29. Pſ. X, 17. Prou. XV, 33. XVI, 18. 19. XVIII, 12. XXIX, 23. Matth. V, 4. XVIII, 1. etc. XXIII, 12. Luc. I, 52. VI, 21. XIV, 11. XVIII, 14. Phil. II, 5—9. 2 Theſſ. I, 5. 2 Tim. II, 10. 12. 1 Petr. V, 6.

In mente apoſtoli forte verſata ſunt halcyonia paucis poſt annis eccleſiae Chriſti obuentura, deſtructis Romanorum gladio Iudaeis, qui hoſtili pios animo proſequebantur. 135)

135) „Mihi potius videtur, ὕψωσιν hanc e diametro oppoſitam eſſe ταπεινώσει ab

„apo-

PARAPHRASIS.

Vulg. ant.
v. 11. Nolite retractare de alterutro, fratres. Qui retractat de fratre, et iudicat fratrem suum, retractat de lege, et iudicat legem. Si autem iudicas legem, non es factor legis, sed iudex.

v. 11. Magnopere vobis praecipio, charissimi in Christo fratres, ne male de fratribus sentiatis, multoque minus dura in illos proferatis dicta *a*), ob sententias, quas de nonnullis fouent rebus a Christo non praeceptis, vt, de discrimine et sanctitate dierum, de cibis, aliisque. Qui enim in fratrem suum asperas voces et condemnantes vibrat sententias, quia ille libertatem

Vulg. Hieron.
Nolite detrahere alterutrum, fratres. Qui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrem suum, detrahit legi, et iudicat legem. Si autem iudicas legem, non es factor legis, sed iudex.

„apostolo praeceptae. Atqui haec consistebat in miseriae spiritualis sensu: erit „ergo *exaltatio*, vi oppositionis, *collatio donorum spiritualium.* Vide c. I, 9. Illa „ergo probo, quae in paraphrasi auctoris extrema sunt. MICHAELIS.

V. 11. *a) Μὴ καταλαλεῖτε ἀλλήλων*] Ad illa redit, quae c. III, 9—16. tractauerat, quamuis alio paullum ac specialiore fine, hunc inprimis zelum castigaturus, quo in omnes accensi erant feruidi quidam Iudaei, si qui a lege Leuitica liberos se existimabant. 136)

Omnes tamen reliquae, cuiuscunque demum sint generis, calumniae, atque in iudicando acerbitates in vitio sunt. Leu. XIX, 16. Ps. XV, 3. XVII, 3. Matth. VII, 1. etc. Luc. VI, 37. Rom. II, 1. etc. 1 Cor. IV, 5. Iac. III, 9. 10. 1 Petr. II, 1.

Pro καὶ κρίνων sunt versiones et codices, qui habent, ἢ κρίνων, *aut iudicans:* quod et nobis praestabilius videtur.

136) „Optime egit BENSONIVS, quod non omnes calumnias, nec iudicandi „quemuis nimium rigorem intelligit, sed certum horum vitiorum genus, se„quutus in eo praestantissimum quemque interpretem. Recte iam et apte ME„NOCHIVS: *loquitur de iis, qui detrahunt aut indicant fratrem bene agentem, et* „*legi parentem, is enim eo ipso contra legem loqui videtur.* Omnino quidem, si „fratres peccantes acerbius iudicari intelligas, non quadrabit illud, quod sequitur, „*non es factor legis, sed iudex.* Accedit, quod si vniuersale praeceptum de non „iudicando et calumniando dari existimes, illud, quasi Deus aliquis ex machina, „sic ex improuiso nec vllo cum praecedentibus filo connexum compareat. Quem „nexum pulchre ostendit auctor.

„Adscribere liceat verba *Danielis* WHITBY, diligentis atque acuti inter„pretis: ***Notandum, et impios Iudaeos et Iudaizantes Christianos hoc vnum maxime*** „*creden-*

Cap. IV.

tem a Christo partam adserit: in ipsam is legem Christi inuehitur *b*), eamque, vt cui multa desint, corri-

„*credentibus in Christum gentibus obiecisse: non illos festa sua tempora et Sabbata* „*obseruare, vnde ab idololatris non multum distent. Sic Tryph. apud* IVSTINVM „p. 227. In hoc vero magnopere stupemus, quod vos pietatis studium prae vo„bis ferentes, atque vestra quidem sententia a reliquis longe seiuncti, nulla ta„men in re vitam et mores vestros a gentilibus alienos ac diuersos faciatis, nec „festa tempora, nec sabbata obseruantes, nec suscipientes circumcisionem. *De* „*hoc ergo patres Christiani disputantes a patriarchis, Deo sine dubio acceptis, argumen*„*tum petebant, quo Christianos ex gentibus oriundos, quamuis festa, Sabbata, cir*„*cumcisionem negligentes, tamen Deo placere defenderent.* IVSTINVS *M. p.* 240. „*D* 241. *B.* 245. *B.* IRENAEVS *l. IV. c.* 30. TERTVLLIANVS *adu. Iud. c.* 2. „*Hinc Paullus vetat alios ob dies aut cibos iudicare Rom. XIV*, 4—6. *idemque in* „*Galatas inuehitur, quorum collum iugo induerant Leuitico iudaizantes doctores* „*Gal IV*, 10. *V*, 3. *Colossenses idem cauere sibi iubet ab elementis mundi, in Chri*„*sto quippe iam circumcisos, c. II*, 11. *subiungens* nemo vos iudicet ob festa, et „nouilunia et Sabbata, *v.* 16. *Hoc ergo filum orationis, quae his versibus continetur:* „*nemo in fratres suos ex gentibus ortos, ritus Leuiticos non obseruantes, inuehatur:* „*lex enim ipsa cum haec a solis Iudaeis requirat, ac ne quidem a peregrinis, qui in* „*ipsorum terra commorabantur, ille, qui gentes ob neglectum horum rituum castigat,* „*ipsam legem vt iusto minus seueram castigat ac reprehendit. Tu vero, qui salutem* „*negas legem Leuiticam non seruantibus, adeoque illos, quantum in te est, perdis,* „*Act. XV*, 1. *munus tibi legislatoris arrogas, qui salutem dare et perdere potest,* „*quique cum haec gentibus non praeceperit, satis demonstrat, sine lege Leuitica eas se* „*saluare velle. Sic Targum Ezech. XIII*, 18. *Deum loqui facit ad falsi nominis* „*prophetas:* vos ne potestis animas populi mei occidere, et vitam illis reddere? „*Sunt alii, qui hic legem charitatis a Christo latam intelligunt. At illa siue lex* „*Christi Gal. VI*, 2. *siue lex libertatis Iac II*, 12. *vocatur: nunquam absolute* LEGIS „*nomine venit. Vnde superiorem explicationem praeferimus.* Hactenus WHITBY. „Legem charitatis a Christo latam non intelligi, vel inde patet, quod qui socios „acerbius notant ac castigant, hanc legem migrant potius quam iudicant. Quae „tibi quaeso phrasis, si homicida diceretur *legem de homicidio iudicasse?* Mira„mur, non defuisse interpretes, qui eam *Iacobo*, eleganti scriptori et diuino, „tribuere sustinuerint. BENSONIVS vero, vbi *Christi legem* et *legem libertatis* „intelligere se ait, WHITBYO prorsus non contradicit. Nec enim hoc nomi„ne legem charitatis, sed omnia euangelii praecepta eum intelligere ex para„phrasi satis liquet. MICHAELIS.

b) Per legem eam intelligo *legem*, quae *Christi* est, Gal. VI, 2. et quae *lex libertatis* per-

corrigit et castigat. Christianam autem legem damnare, id vero prorsus seiunctum est ab illa colenda et facienda, pro debito atque officio Christianorum.

Vulg. ant.
v. 12. Vnus est legum positor et iudex, qui potest saluare et perdere. Tu autem quis es, qui iudicas proximum?

v. 12. Iudex tu et censor factus es legis: quod munus ad te prorsus non pertinet. Vnicus est enim legislator *c*) et iudex *d*), *Christus*, plena instructus potestate saluandi obedientes, et perdendi illos, qui

Vulg. Hieron.
Vnus est legislator et iudex, qui potest perdere et liberare. Tu autem quis es, qui indicas proximum?

perfectae vocatur c. I, 25. 11, 12. vnde et hoc capite Christus legislator noster audit v. 12. Confer Rom. XIII, 8.

Quid sit diuinam legem reprehendere et quasi damnare, disce ex Genes. III, 5. Ezech. XVII, 25. Rom. VII, 7.

Quod censuras et obtrectationes vetet lex Christi, nota superiore iam diximus. Quod vero Iudaei, qui quamuis Christo addicti legem tamen Leuiticam exosculabantur, eorum, qui se ab hac lege immunes credebant, acerbi fuerint censores, licet Christus ipse et apostoli hanc immunitatem stabiliuissent, adparet ex Act. XV, 1. Rom. XIV, 1. seqq. Gal. IV, 10. 11. V, 1. seqq. Col. II, 14. seqq.

V. 12. *c*) *Vnus est legislator.*] Hic vero vnicus legislator non Moses, sed Christus. Hebr. VIII, 6. Opposita haec nimiis legis Mosaicae admiratoribus, eorumque, qui hanc legem sepultam credebant, censoribus seueris.

Nec Romanus episcopus, nec alii, neque singuli neque in concilium coacti, condere possunt leges religiosas christianorum conscientiam obstringentes, quarum cultoribus salus aeterna proposita sit, non obedientes poenae maneant infernales. Vnicus legislator et iudex CHRISTVS, summae ipse succinctus potestate et iure, nec tantam potestatem hominibus delegans, in quos adfectuum morbi aut errorum tenebrae cadere possint. Leges vero eius tabulis continentur noui foederis, quibus si quid addas aut demas, ad ipsum ecclesiae legislatorem haec pertinet iniuria. Coloss. II, 19. Matth. XXIII, 8—12. Ioh. XIII, 13. 14. Apoc. XXII, 18. 19.

d) *Et vnicus iudex*] Non pauci codices et versiones addunt, καὶ κριτής, *et iudex*, quod editiones vulgares omittunt. Vide GROTIVM, BEZAM, MILLIVM. 137)

137) „Ex codicibus ita agunt *Alexandrinus* ipse, *Aug.* 6. *Barb.* 4. *Colb.* 7. *Gen.*
„*Lin.*

Cap. IV.

qui legis praecepta migrant *e*). Cum ergo Christus vnicus sit legislator et iudex, qua vos audacia, mortales, ipsique tanto iudici sistendi, iudicium in fratres exercetis *f*)? eosque damnatis, qui a Christo non praecepta non faciunt?

SECTIO IX.

Cap. IV, 13—17.

CONTENTA.

Castigantur, qui nimiam in fluxa hac et caduca collocant vita fiduciam, immemores et fragilitatis mortalium, et diuinae prouidentiae, a cuius numine et nutu ipsi toti omnesque res ipsorum pendent.

PARA-

„*Lin. Lu. Stephani* quatuor, et quinque alii, recensente BENGELIO: ex versionibus grauissima quaeque, *latina vtraque*, *Syr. Copt.* et, quae leuioris momenti, *Aethiopica:* ex patribus CYRILLVS *Alexandrinus*, et EVTHALIVS. Sensus, quem vox fundit, filo orationis aptissimus est: vnus enim legislator et *iudex*, illis opponitur, qui fratres *iudicant.* Adiungitur, *qui potest saluare et perdere:* quod certe ad officium magis iudicis quam legislatoris refertur. Et tamen pro additamento librariorum habet B. WOLFIVS: *cum enim in antecedenti commate νόμος tantum commemoretur, sufficere, Deum νομοθέτην adpellari, qui legi hinc promissa de vita, hinc minas de morte implere possit.* At vero has ipsas minas si implet, iudicem agit: accedit, quod non nouas solum leges condenti, sed et *iudicanti ac damnanti* fratres, vnus hic legislator et iudex opponitur. MICHAELIS.

e) *Qui potest saluare et perdere*] Deut. XXXII, 35. 39. 2 Reg. V, 7. Ies. XXXIII, 22. Matth. X, 28. XXVIII, 18. Ioh. V, 22. 27. Act. X, 42.

f) Rom. XIV, 3. 4. 10.

V. 13.

PARAPHRASIS.

Vulg. ant.

v. 13. Iam nunc qui dicunt: hodie aut cras ibimus in illam ciuitatem, et faciemus ibi annum, et negotiabimur et lucrum faciemus.

v. 13. Damnaui ſupra aſperitatem in iudicando, atque obtrectationes. Ad alia pergo vitia, a vobis omnibus ſingulari ſtudio vitanda 138). Eorum, quae hac fragili in vita exſequi velitis, non nimis longam ſeriem animo debetis concipere, nec de iſtis praefidentius loqui. Qui enim fit? vt aliqui ex vobis tanquam futurorum atque dubiorum certi dicant: *hodie aut cras in hanc illamue proficiſcemur vrbem g), atque annum ibi h) aut ſatis longum ſaltem temporis ſpatium degemus i): commercia agitabimus, et nummos faciemus.*

Vulg. Hieron.

Ecce nunc, qui dicitis: hodie aut craſtino ibimus in illam ciuitatem, et faciemus ibi quidem annum, et mercabimur et lucrum faciemus.

V. 14.

V. 13. 138) Ἄγε νῦν] „Formula eſt tranſeundi ad aliud vitium, quod caſtigandum putabat apoſtolus: quam bene noſter παραφράζει. Si tamen filum orationis paullo adſtrictius nobis nectere liceret, ſuſpicaremur forte, ea vitia hic „opera data reprehendi, quae v. 2. ſummis tantum digitis attigerat apoſtolus. „Caeterum anantopodoton, quamuis non inelegans, in hoc et ſequentibus verſibus „eſſe, legenti facile liquet. MICHAELIS.

g) *In illam ciuitatem*] e. g. *Romam*, *Alexandriam*, *Tyrum*, *Sidonem*, *Antiochiam*, *Damaſcum*, *Corinthum*, *Epheſum*: prout quaeuis harum vrbium ſiue habitationi diſperſorum Iudaeorum opportuna, ſiue negotiis ipſorum apta eſſet.

h) Ποιεῖν χρόνον] Eſt *viuere et commorari in loco aliquo.* Act. XV, 33. XVIII, 23. ποιήσας μῆνας τρεῖς, *tres ibi menſes commoratus*, Act. XX, 3. Sic ποιήσομεν ἐνιαυτὸν eſt, *annum ibi commorabimur.*

i) Iob. XXIX, 18. Pſ. XLIX, 11. etc. Prou. XVI, 1. 9. XX, 24. XXVII, 1. Sirac. VI, 12. IX, 1. Ieſ. LVI, 12. Ier. X, 23. Sap. XV, 12. Sirac. XI, 19.

V. 14.

Cap. IV

Vulg. ant.

v. 14. Qui ignoratis crastinum. Quae autem vita vestra? momentum enim est, per modica visibilis, deinde exterminata.

v. 14. Cum tamen ne in crastinum quidem diem vitam certa spe praesumere possitis *k*). Qualis enim ipsa vita vestra, ex qua omnes hae spes pendent? Maiorisne facienda, quam vanus atque tenuis vapor *l*), momento temporis visus, atque statim in auras abiturus *m*)?

Vulg. Hieron.

Qui ignoratis, quid erit in crastino. Quae enim est vita vestra? Vapor est ad modicum parens, et deinceps exterminabitur.

v. 15. Propter quod dicere vos oportet: si Dominus voluerit, et viuemus, aut faciemus hoc et illud.

v. 15. Cum tamen tanta sit vitae breuitas, resque huius seculi alienae quasi sint et caducae, dicere potius debuissetis *n*) magna animi modestia, diuinaeque voluntati

Pro eo vt dicatis: si Dominus voluerit, et si vixerimus, faciemus hoc aut illud.

V. 14. *k*) Prou. III, 28. XXVII, 1. Matth. VI, 34. Luc. XII, 19. 20.

l) *Quae enim est vita vestra? Vapor est*] 1 Paral. XXIX, 15. Iob. VIII, 9. Ps. CII, 12. CXLIV, 3. 4. Alias imagines caducae atque periturae hominum vitae expressas vide Iob. VII, 6—9. IX, 25. 26. XIV, 1. 2. Ps. XXXIX, 4. 5. 6. 11. 12. XC, 5. 6. 9. 10. Ies. II, 22. XL, 6. etc. Sap. II, 2. Sirac. XIV, 18. Luc. XII, 16. etc. 1 Cor. VII, 31. Iac. I, 10. 11. 1 Petr. I, 24. 2 Petr. I, 14. 1 Ioh. II, 17. Vide etiam HOMERVM Iliad. Z. 146. etc. 464. etc.

V. 15. *m*) Comma 14 parenthesi est includendum, sententiam explicans, in quam apostolus, nimiam huius vitae fiduciam corripiens, felicissime delapsus erat. Hac demta parenthesi v. 13. et 15. apte cohaerent: *sic dicitis, — — loco eius, quod dicere debebatis.*

n) *Loco eius, quod dicere debebatis*] Genes. XXIV, 12. XXVIII, 20. Ps. XXXI, 15. Prou. XVI, 1. 9. XX, 24. Act. XVIII, 21. Rom. I, 10. XV, 32. 1 Cor. IV, 19. XVI, 7. Phil. II, 19. 24. Hebr. VI, 3. Pii omnium temporum a numine atque nutu diuino semper pendebant, atque se pendere intelligebant, quamuis haec ipsa verba ore non proferrent. Sic Rom. XV, 28. 1 Cor. XVI, 5. explicare et quasi supplere debemus. Perpetua cogitatio curae et prouidentiae diuinae, nostraeque conscientia fragilitatis imo pectore fixa, maioris est momenti, quam phrasis aliqua et dictum, quo hanc animi nostri indolem prodimus. Ipsa tamen significatio huius rei ore facta perutilis nonnunquam erit. Acerrime enim nos monebit, spes non nimis longas animo concipere, quibus nos perfrui mortalitas nostra haud sinit.

tati totos vos tradentes: *si Dominus permiserit nobis, vitamque nobis ac spiritum o) produxerit, hoc illud peragemus.* Haec verba, hic animus, decent mortalem.

Vulg. ant. v. 16. Nunc autem gloriamini in superbia vestra. Omnis gloria talis mala est.

v. 16. Vos vero futura atque olim a vobis peragenda gloriosius iactatis, obliti, a cuius pendeatis numine. Haec omnis fiducia atque iactantia in vitio est p), nec in aliis excusan-

Vulg. Hieron. Nunc autem exsultatis in superbiis vestris. Omnis exsultatio talis maligna est.

o) Monet MILLIVS, aliquos codices et versiones legere, ζήσομεν et ποιήσομεν. Quod si ante vtrumque verbum καὶ retineas, satis se apta pulcritu line commendabit lectio. 139)

139) „Particula καὶ sine vllo dubio ante ζήσομεν, seu malis ζήσωμεν retinenda. Qui „ei dicam scribunt eruditi, vnum aliquem BEZAE codicem, atque vnius versio- „nis *Vulgatae* auctoritatem prae se ferunt. Haec nostra in lite leuior, quia *Vulg.* „*ant.* voculam καὶ legisse certo colligitur, quam per *aut* reddit. Quin omnino „dubium est, *Vulg* recentior legeritne καὶ, an non legerit. Cum enim *faciemus* „*ho[illegible]t illud* pro apodosi habeat, non poterat καὶ Graeco, apodosin facienti, vocu- „lam latinam reddere, quamuis idem nobiscum legeret. Iure ergo vsitatam lectio- „nem BENSONIVS exosculatur.

„Vnum iam supererit modo lectionis diuortium. Plurimi codices in subiun- „ctiuo legunt: ἐὰν ὁ Κύριος θελήσῃ, καὶ ζήσωμεν, καὶ ποιήσωμεν. Sic καὶ per *He-* „*braismum* vertendum VT: *eius loco, quod dicere* (i. e. dictis vestris addere) *de-* „*buissetis: si Dominus voluerit, vt viuamus, et faciamus hoc vel illud.* Hanc le- „ctionem plurimi codicum exprimunt: versionum hic minor ratio habenda, „quia subiunctiuum optatiue acceptum a futuro indicatiui plurimis interpretibus „distinguere per linguae suae egestatem non satis licet.

„At *Alexandrinus, Steph.* δ, *Magd.* 1, *Cov.* 3, *Geneu.* habent ζήσομεν καὶ ποι- „ήσομεν, et si versiones non abnuas, accedunt *Vulg.* antiqua et recentior, *Syr.*, „*Arab. Aethiop.* Pauca quidem, sed grauis momenti nomina, quae BENSO- „NIO sequi placuit. Sic sensus erit: *si Dominus voluerit, tum* (καὶ) *viuemus et* „*faciemus hoc vel illud.* MICHAELIS.

V. 16. p) Prou. II, 14. Sirac. IX, 10. 11. Ierem. IX, 23. 24. XI, 15. 1 Cor. I, 31. V, 6. 2 Cor. X, 17. Phil. III, 19.

V. 17.

Cap. V.

cuſanda, quam qui curam Dei rebus noſtris intendentem, ſpemque futurae felicitatis, ignorant.

v. 17. Forte ex vobis aliqui ſuae ſapientiae atque diffuſae cognitionis nimii admiratores, *obuia nimis me tradere* conquerentur, *quae dudum ſibi cognita ex me diſcere opus non habuerint* [140]). Quibus reſpondeo, illum, qui optima factu nouit *q*), nec tamen ea facit *r*), grauius peccare, et grauius punitum iri.

Vulg. ant.
v. 17. Scientibus autem bonum facere, et non facientibus, peccatum illis eſt.

Vulg. Hieron.
Scienti igitur bonum facere, et non facienti, peccatum eſt illi.

SECTIO X.

Cap. V, 1—11.

CONTENTA.

Quamquam non paucis interpretibus per ſex primos verſus huius capitis oratio ad impios atque a Chriſto alienos Iudaeos viſa eſt pertinere, quos inter degebant atque ab illis vexabantur ſparſi per orbem Chriſtiani: nulla tamen veri ſimilitudine nobis ſe commendat, apoſtolum ad Iudaeos Chriſto non credentes

V. 17. 140) „Οὖν particula hoc loco eſt non argumentandi, ſed finiendi orationem: *Ergo, cum haec omnia vobis ſcripſerim, atque me illa auctore ſciatis: ſcitote etiam, valde vos peccaturos, ſi conſcii neglexeritis.* Nollem, hanc voculam in „paraphraſi praetermiſſam. MICHAELIS.

q) Binos codices atque verſionem *Syr.* commemorat MILLIUS, verbum ποιεῖν omittentes, nec male, GROTIO quidem iudice.

r) Num. XV, 30. 31. Prou. V, 11. 12. 13. Matth. XI, 20. etc. Luc. XII, 47. Ioh. IX, 41. XIII, 17. XV, 22. 24. Rom. I, 20. 21. 32. II, 17. 18. 23. 1 Tim. I, 13. 2 Petr. III, 5. 1 Ioh. I, 8.

litteras dare, aut ſperare, fore vt ſi non omnes, multi tamen illorum epiſtolam ſuam legerent, minasque ſuas exhorreſcerent. Hac ergo cum explicatio non ſuccedat, alia eam adgrediamur via.

Cum tota epiſtola ſublimioris ſtili ſit, omnibus orationis floribus, inſolentioribus quoque, perquam ornata eleganter: quid vetat, haec etiam commata audacioris figurae loco habere? Vnum hominum genus per omnem epiſtolam adloquitur apoſtolus, Iudaeos Chriſtianos, quos *fratrum* et *dilectorum fratrum* nomine compellat, prorſus vt moris erat, Chriſtianos a Chriſtianis vocari. Sine ſumma ergo neceſſitate haud exiſtimandum eſt, per pauca haec commata filum orationis abrumpi, atque alios prorſus Iudaeos, ac per omnem epiſtolam, compellari: quod ſcribendi genus alium quidem non deceret, quam qui ſcopas diſſolutas lectoribus obiicit.

Apoſtrophen ergo hos verſus facio, illi ſimillimam, qua vſus emendatorum ſacrorum ſacerdos ſiue dicens, ſiue ſcribens, *Summum Pontificem Romanum* compellare poſſet, vt grauius idololatriam et ſanctorum vexationes eius edictis debitas caſtigaret. Non quidem exiſtimabit, *Pontificem* in ſubſelliis auditorem ſibi auſcultare, nec ſuas ab illo paginas euolutum iri credet. Euangelicis ille ſuorum ſacrorum praeſtantiam audaciore orationis figura commendat, quo magis feriat et quaſi percellat animos.

Similem noſtrae, nec minoris elegantiae apoſtrophen, vide Apocal. XVIII, 20. Poſtquam Babylonis mysticae fatum, matris illius idololatriae atque vitiorum, quae bellum populo Dei indixerat, ceciniſſet Ioannes, has imo ex pectore voces rumpit: *Laetamini de illa caeli, atque vos ſancti apoſtoli et prophetae; Deus enim iudicium veſtrum in illa exſequutus eſt.*

Non ignota huius generis apoſtrophe optimis Graeciae atque Romae ſcriptoribus. Suum eodem flore ſermonem conueſtiuit *Iacobus*, vt orationis vim argumentis adderet, quibus magnanimam patientiam vexatis ſuadebat Chriſtianis. Cum enim tanquam e longinquo oſtendiſſet nubem illam ac tempeſtatem grauiſſimorum malorum, breui in capita eorum, qui vexabant Chriſtianos,

Cap. V

nos, effundendam, sic desinit apostrophe: *estote ergo patientes, fratres, vsque in aduentum Domini.* Verbis mutatis haec prodibit sententia: *estote patientes, fratres, quia interitus hostium et vestrum otium adpropinquat.*

PARAPHRASIS.

Vulg. ant.
v. 1. Iam nunc, locupletes, plorate, vlulantes in miseriis vestris aduenientibus.

v. 1. *Vos autem, Iudaei Christo rebelles, illosque inprimis ex vobis, qui opibus florent a), non nimias spes perpetuae huius ac propriae felicitatis animo concipere iusserim, nec nimis de vestris opibus laetari, sed amaro potius luctu ac lamentis*

Vulg. Hieron.
Agite nunc, diuites, plorate vlulantes in miseriis vestris, quae aduenient vobis.

V. 1. a) *Agite nunc, diuites, plorate*] Audaciori nonnunquam apostrophe prisci foederis praecones vtuntur. Sic in cantico suo Moses, Deuter. XXXII, 1. *Aures aduerte, caelum, et loquar; tuque, terra, audi verba oris mei!* et Ieremias c. XXII, 29. *o terra, terra, terra, audi verba Domini!* Quae vero eius figurae et audacia et elegantia? qua *Paullus* 1 Cor. XV, 55. postquam resurrectionem iustorum ad felicem aeternamque vitam probasset, ipsam sic mortem, ipsum Erebum inuadit: *vbinam stimulus tuus, o mors? vbinam victoria tua, Erebe?*

Eodem quasi colore orationem pingit *Iacobus*, impios Iudaeos, certos ac iuratos Christianorum inimicos, adloquutus.

Ex *Actis apostolorum* nec paucis epistolarum apostolicarum locis liquet, Iudaeos primarios Christianorum hostes ac carnifices fuisse, nec in Iudaea solum, sed et remotissimis in terris. Cumque iidem moroso supercilio reliquas gentes despicerent, ipsique communi orbis terrarum odio et inuidia flagrarent, facile mala illa atque aspera fata intelligi mente possunt, quae Iudaeos vrbe et republica destructa manebant. Vide inprimis, quae pag. 24. scripsimus et ex IOSEPHO in lineis paginae subiectis citauimus.

Si quis IOSEPHI scripta adcuratius legerit, non ignorabit, multos Iudaeorum, horum etiam, qui sparsi inter gentes degebant, festis temporibus templum Hierosolymitanum suo celebrasse confluxu, atque sic ruinis vrbis atque reip. inuolutos fuisse, Christianis, teste EVSEBIO, mirabilem nactis elabendi viam: opulentioribus vero ipsas diuitias caussam et grauioris et accelerati fuisse interitus 141): nec solos in Palaestina Iudaeos, sed et in dissitis terrarum orbis partibus mala, rapinas et caedes hostium subiisse. DIO CASSIVS L. I, 66. exteros

 Iudaeos,

tis b) impendentem capitibus vestris nubem, iam iamque ruituram, suspicere.

V. 2.

Iudaeos, etiam qui trans Euphratem et extra fines Romani imperii colerent, fratribus suis in Palaestina a Tito Vespasiano obsessis auxilia submisisse, memoriae prodidit. Vide etiam TACITI *L. I. hist. c.* 5. sub initium; EVSEBII *hist. eccles. L. III. c.* 5.

Si *Iacobus* hanc epistolam scribens Hierosolymis aut in Iudaea degeret, (quod nobis quidem videtur verisimile) praedictae a Christo destructionis reip. Iudaicae signa praenuntia obseruare ei licebat. Suae vero gentis interitus non poterat non grauis ei et acerbus esse, inprimis si animo prospiceret, eiusdem mali calamitatem per vastum terrarum orbem, quacunque degerent Iudaei, ituram.

Nihil ergo in VI versibus inest, Iudaeis infidelibus non apte quadrans, quos per apostrophen adloqui censeo apostolum.

141) „Id tangit Noster, quod zelotae diuitum domos expilabant, trucidatis dominis, cum pauperes negligerent magis, quam illis parcerent. Vide IOSEPHVM de B. Iud. L. V, 20. 34. L. VI, 27. Non desunt, fatemur, qui sermonem apostolo de excidio Hierosolymitano esse negent, atque haec omnia ad extremum iudicium referant. Confer, si hae partes placeant, sic sentientem CALOVIVM. Omnis nobis disputationis cardo in phrasi, παρουσία τοῦ Κυρίου v. 7. verti videtur, quam, ni fallimur, eodem sensu accepit apostolus, ac Christus in illa oratione, quam de suo ad iudicium aliquod tremendum aduentu Matth. XXIV. habuit, quo ex aduentu spei atque solaminis auram suos a Iudaeis oppressos captare iussit. Alte sine dubio illae voces apostolorum pectore fixae erant, huius inprimis, qui Hierosolymis commorabatur. Cum vero extra aleam nobis positum videatur, de sola Hierosolymorum destructione Saluatori nostro sermonem esse, (hoc autem vberius probare argumentis, id esset, Matthaeum explicare, seu potius actum agere) non possumus non BENSONII explicationem toto pectore amplecti. Obiicit quidem CLERICVS, Iudaeis extra Palaestinam scriptam epistolam, quos a communi totius gentis incendio immunes fuisse statuit. Sed prorsus dubium a re alienum videbitur, si cum BENSONIO apostrophen concipias. MICHAELIS.

b) Κλαύσατε ὀλολύζοντες] Petita phrasis videtur ex Zach. XI, 2. vbi LXX, ὀλολυξάτω πίτυς — — ὀλολύξατε δρύες. Saepe hoc loquendi genere vsi prophetae impendentia mala praedicturi. Vide Ierem. IV, 8. Ioel. I, 5. 13. Mich I, 8. 142)

142) „Non leuis est momenti parallelismus Zachariae, feliciter a Nostro obseruatus, cum eadem de internecione Iudaeorum atque reip. destructione loquatur vates. Vide, quae in notis ad Zachariam, *bibliis Halensibus* additis, habet Pa-

„rens

Vulg. ant.
V. 2. Diuitiae vestrae, putrierunt res vestrae: tinia vero aurum vestrum et argentum aeruginauit.

V. 2. *Quibus enim in rebus fiduciam reponitis? perituris? quaeque vobis non propriae, sed mutuo quasi concessae sunt? —— Acerui quidem frumenti et alia eius generis corrumpuntur d); diuitiae illae, insano labore collectae, quas prudentius ac rectius in vsum egenorum impendere potuissetis e). Infinitam vestem, qua nudos vestire debebatis f), inuasit tinea, easque dete-*

Vulg. Hieron.
Diuitiae vestrae putrefactae sunt: et vestimenta vestra a tineis comesta sunt.

„rens noster. Caeterum de verbo ὀλολύζειν, non laetam solum, sed et tristem ac „lugubrem vocem significante, consule B. WOLFIVM in *Curis ad h. l.* „MICHAELIS.

c) Luc. VI, 24. 25. Sirac. XLI, 1. Post ἐπερχομέναις sunt versiones et codices, qui addant, ὑμῖν, quod in vulgaribus editionibus omissum, ab interprete tamen supplendum est. Vide MILLIVM.

V. 2. d) Ὁ πλοῦτος ὑμῶν σέσηπε: *diuitiae vestrae corruptae sunt.*] Diuitiae sunt hic frumenti, vini, olei, aliarumque rerum, quae corrumpi situ possunt. Harum ingentes cumulos colligere gaudebant: vide v. 4. et Luc. XII, 16 — 19. Auri, argenti et vestium diuitiae separatim commemorabuntur, vt eas hic intelligere non liceat: verbum vero σέσηπε putredinem indicat, qualis erat in *manna* per noctem seruato, vermes creante et odorem foedum dispergente, Exod. XVI, 20. Putredo autem in aurum atque argentum non cadit.

e) Prou. XI, 24. 25. 26. 28. Ies. III, 14. 15. V, 8. Amos. II, 6. etc. IV, 1. etc. V, 11. etc. VI, 1. etc. VI, 1. etc. Mich. VI, 10. etc. Matth. VI, 19 — 21. Luc. VI, 24. XII, 15 — 21. 33. 34. XVI, 13. 19. etc. Act. IX, 36. 39. 1 Tim. VI, 9

f) *Vestes vestrae*] Ingens vestium paratarum multitudo ditioribus olim esse solebat, non spernenda pars abundantium diuitiarum, necessitates totius saepe vitae non explens, sed superans. Genes. XXXV, 2. XLI, 14. Ios. VII, 21. Iudic. XIV, 12. 13. 2 Sam. XII, 20. Ies. III, 22. Zach. III, 14.

Sic CVRTIVS memoriae prodidit, totius Asiae diuitias Persepolim coactas fuisse, cum vrbem hanc *Alexander M.* caperet: quibus diuitiis accensetur non aurum modo et argentum, sed et *vestis ingens modus.* CVRTIVS L. VI, c. 5.

Atque HORATIVS de *Lucullo:*
— — *Chlamydes Lucullus, vt aiunt,*

Si

Vulg. ant.

v. 3. Et aerugo ipsorum erit vobis in testimonium, et manducabit carnes vestras tanquam ignis. Thesaurizastis et in nouissimis diebus.

deteret et consumet g).

v. 3. *Argentum et aurum vestrum, fraude, vi, et neglecta erga pauperes charitate congestum* 144), *aerugine consumi iam coepit, quae in iudicio Dei testis quasi infinitae et insanae vestrae cupiditatis excitabitur h), vosque damnabit. Vestra etiam haec aerugo inuadet corpora, vosque vt flamma depascetur i). Quid ergo hae vobis diuitiae*

Vulg. Hieron.

Aurum et argentum vestrum aeruginauit, et aerugo eorum in testimonium vobis erit, et manducabit carnes vestras sicut ignis. Thesaurizastis vobis iram in nouissimis diebus.

Si posset, centum scenae praebere rogatus,
Qui possum tot? ait: tamen et quaeram, et quot habebo
Mittam. Post paullo scribit, sibi millia quinque
Esse domi chlamydum: partem, vel tolleret omnes. 143)

143) „Sic CICERO *parad. III. c.* 3. hominem prodigum, sexcenta quotannis sestertia dissipantem, describit, tanquam *signa, tabulas, supellectilem, et* VESTEM, „INFINITE *concupiscentem.* Idem *L. IV. in C. Verrem* c. 46 *quod tamen isti textrinum per triennium ad muliebrem vestem conficiendam fuit.* Nempe diuites vestes fieri curabant, non solum quae sibi suisque sufficerent, sed et quas magno „cum lucro venderent, a seruis confectas. MICHAELIS.

g) Iob. XIII, 28. Ies. LI, 8. Matth. VI, 19. Luc. XII, 33.

V. 3. 144) *Aurum et argentum vestrum aeruginauit*] „Docet quidem PLINIVS „*l.* XXXIII, *hist. nat. c.* 3. aurum aeruginem non admittere. *Iacobus* tamen „phrasin Hebraeorum sequutus aeterno (vt fere putant) metallo ac dissolui nescio aeruginem minatur. Sic *Baruchi* in libro c. VI, v. 23. legimus: *aurum „etiam, quod habent, ad speciem est, nisi aliquis extersit aeruginem, non fulgebunt.* „Nempe videntur Hebraei aeruginis nomine complecti mutatum auri colorem „ex flauo in viridem, qualis in nummis, qui diu in terra delituerunt, cerni solet. Sic et PRVDENTIVS *Psychom. v.* 602. *virides obducta aerugine nummos* dixit. MICHAELIS.

h) Habac. II, 11. Matth. X, 14. 15. 18. XXIII, 31. XXIV, 14. Marc. I, 44. VI, 11. XIII, 9. Luc. V, 14. XXI, 13.

i) Vide Exod. III, 2. (textum Hebraicum) Leu. VI, 10. Ps. XXI, 9. Ies. X, 16. 17. XXX, 27. 30. XXXIII, 11. Ierem. V, 14. Ezech. XV, 7. Amos. V, 6. Hebr. X, 27. Sic et ignem dicit Homerus depasci carnes humanas Iliad. ψ. 177 — 183. 144)

144) „Elegans orationis figura. Aerugo diuitiis metuenda cum sit argumentum „stulti-

tiae magno labore coactae prosunt? Thesauros k) summa die et ineluctabili tempore reip. Iudaicae collegistis l), non vobis fructui et delectationi, sed aliis praedae futuros, vestroque capiti periculum et internecionem acceleraturos.

v. 4.

„stultitiae auarorum; argumentum etiam damnationis ipsorum erit; propterea „quod res adeo caducas insano studio concupiuerant, relicto immortali Deo, digni „iudicabuntur igne infernali, cui in destructione vrbis interfecti tradentur. „Videtur ergo ipsa argenti aerugo membra illorum inuadere, eaque vt lentus et „piger aliquis ignis depasci. MICHAELIS.

k) A codicibus et versionibus quibusdam verba sic iunguntur: *ignem thesaurizastis in nouissimis diebus.* Cum vero ex nota *i)* perspicuum sit, ignem etiam dici *vorare* et *depasci*, communem interstinctionem filo orationis aptissimam probamus. Sunt alii, qui habent, *ἐθησαυρίσατε ὀργήν*, *thesaurizastis iram*, quod vocabulum ex Rom. II, 5. a librariis incogitantioribus huc translatum videtur. Adi MILLIVM.

l) Ἐθησαυρίσατε ἐν ἐσχάταις ἡμέραις] I. e. ex simplicissima verborum significatione, *thesauros collegistis extremis diebus:* ex qua iusta et recta interpretatio eruenda erit. *Extremos dies* intelligo *summam illam diem et interitum reip. Iudaicae*, templo, vrbe, ciuitate destructis, omnibusque Iudaeorum diuitiis Romano militi praedae cedentibus. Sic iam OECVMENIVS intellexit: videturque etiam parallelismus dictionis et rei huc aduocandus, ex Matth. XXIV, 13. 14. 32. 33. 34. Luc. XXI, 8. 9. Act. II, 17. 1 Cor. X, 11. Hebr. X, 23. 35. 36. 37. 1 Petr. IV, 7. 1 Ioh. II, 18.

Ex MEDI sententia sacri scriptores temporum rationes ad quatuor maiora regna *Danielis*, tanquam ad fastos, exigunt: quibus in fastis tempora noui foederis vniuersa quasi in extremis scripta sunt. Successura sibi illa regna erant, quorum aetates coniunctim sumtae *magnum* efficiebant *orbem temporis.* Sub extremo, Romano, regnum Dei surrecturum erat. Septuaginta annorum hebdomades, vaticinio Danielis c. IX, 24. celebratae, *sinus* quasi aliquis erant, ex hoc orbe temporis *excidendus:* quae propria et prima significatio verbi נחתך Dan. IX, 24. *Vltimi dies* hic commemorati, finis sunt LXX hebdomadum, siue, vt diximus, *sinus illius ex magno orbe seculorum excisi:* qui vrbi et sanctuario vltimum exitium atrocibus minis denuntiabant.

Vulg. ant.
v. 4. Et ecce mercedes operariorum, qui arauerunt in agris veſtris, quod abnegaſtis, clamabunt; et voces eorum, qui meſſi ſunt, ad aures Do-

v. 4. *Mihi quidem, oppreſſos a vobis aut dolo circumuentos cogitanti, imago aliqua magna cum vociferatione et clamore contra vos congregatorum oberrat* [146]). *Arrigite aures! nonne illas ferit clamor aliquis meſſorum veſtrorum, quos de-*

Vulg. Hieron.
Ecce merces operariorum, qui meſſuerunt regiones veſtras, quae fraudata eſt a vobis, clamat: et clamor eorum in au-

debi-

Quam vero ſtolidum et inane, theſauros colligere,
Diſtrictus enſis queis ſuper impia
Ceruice pendet?

Prorſus enim non illis frui, aut ſaltem non niſi momento temporis poterant. Multi enim opulentiorum Iudaeorum in diſperſione degentium, eadem cum Hieroſolymitanis fata ſubierunt. 145)

145) „Ad faſtosne MEDI ſeu *Danielis* reſpexerit *Iacobus*, nobis nec liquet, nec „negare poſſumus. Vltimum tamen diem reip. Iudaicae deſignari omnino cre„dimus, vtpote qui et ciuibus illorum vltimus futurus eſſet: quo theſauros col„ligere, nullum voluptatis et delectationis fructum habituros, ſtolidum. Simi„lis omnino et argumenti et dictionis eſt illud poëtae, Aeneid. II, 248. 249.

„*Nos delubra Deûm, miſeri, quibus vltimus eſſet*
„*Ille dies, feſta velamus fronde per vrbem:*

„vbi etiam vltimus dies idem ciuitati, qui ciuibus. Sic idem v. 324.

„*Venit ſumma dies, et ineluctabile tempus*
„*Dardaniae.*

„Sunt alii, qui per *vltimos dies* ſenectutem intelligunt. Sic WOLZOGENIVS „quamuis dubius, ἐν ita explicari iubens, ac ſi εἰς ſcriptum eſſet: *collegiſtis diui„tias in vltimos dies, vt nimirum, quando aetas ſenilis aduenerit, tunc illis diuitiis „fruamini.* Maiore fiducia eandem ſententiam *Curis ſuis* inſeruit B. WOLFIVS. „Quid vero opus, ἐν pro εἰς poſitum exiſtimare? cur ſine neceſſitate anomalias, „non graues quidem, ſed tamen aliquas fingimus? Accedit, quod decus et lu„men quaſi orationis ſic perit. Valde vulgaris ſententia, *auaros ſenectuti ſuae „prouidentes multa colligere.* At haec nouitate, luce, veritate ſua inſignis: *impen„dente ciuitatis et ciuium ruina, Iudaeos auaros opes non profuturas collegiſſe.* Faci„lius etiam (ſi opus eſſet) refelli poſſent, qui de extremo iudicio, poſt tot ſecu„lorum decurſum demum exſpectando, cogitant, quibus WOLZOGENIVS ti„midus atque dubius calculum tamen fere adiicere videtur. MICHAELIS.

V. 4. 146) Κράζει —— αἱ βοαί] „Petita phraſis ex moribus orientalium, qui in„iuriam paſſi horrendo clamore iudicem adeunt, vltionem poſtulaturi: quas

„voci-

Vulg. ant. mini Sabaoth introierunt.

bita mercede defraudaftis m)? Veftris quidem illi auribus fiue audientibus fiue furdis trifte carmen occinant; ad caelum tamen clamor illorum adfcendat n). Sint aures veftrae claufae et obfirmatae, fummus tamen iudex patulas o) illis praebet fuas p); dominus ille caeleftium exercituum q), cuius ad

Vulg. Hieron. res Domini Sabaoth introiuit.

poten-

„vociferationes maiore impetu repetunt, fi iudex tardus ad irafcendum ac pu„niendum videatur. Confer equitis CHARDIN *Voyages en Perfe* (in 12.) Tom. „VI, p. 294. (feu a. 1711. in 4to T. II, 299.) *Ses Parens s'en vont à la Juftice avec „des cris horribles, et trainent apres eux le plus grand monde, qu'ils peuvent, pour „émouvoir d'avantage* etc. Illa ergo peccata ad caelum clamare dicuntur, quae „adeo focios laedunt, vt hi vindictam numinis magna voce exigere videantur. „Quod fi rectius aliqui intellexiffent, non fane pauca aliqua peccatorum nomina „miferos ac fere leoninos in verfus coëgiffent: *Clamitat ad caelum vox fanguinis, „et Sodomorum, Vox oppreforum, mercesque retenta laborum.* MICHAELIS.

m) *Mercedes operariorum*] Leu. XIX, 13. Deuteron. XXIV, 14. 15. Iob. XXIV, 10. 11. Ierem. XXII, 13. Malach. III, 5. Tob. IV, 14. Eft haec ex artibus, quibus ad corradendas diuitias impia cupiditas vtitur. Non auari folum et duri, fed et iniufti erant.

n) Ὁ μισθὸς κράζει] Vide fimiles phrafes, Genef. IV, 10. XVIII, 20. Exod. II, 23. 24. Iob. XXXI, 38.

o) Exod. III, 7. XXII, 23. 27. Deut. XXIV, 14. 15. Iob. XXXIV, 28. Pf. IX, 12. Sirac. XXXV, 17. 18. 19.

p) *In aures Domini*] Cum auribus ad audiendum homines vtantur, audacia humani fermonis et comitas diuini ad noftrum fenfum adcommodata fummo etiam numini aures tribuit, vt fignificet, omnia Deum noffe, non fecus ac fi auribus illa audiat. Rem ipfam fi fpectes, Deus eft infinita mens, nec corporis aliquas partes habens, praefens omnibus, cuius vis omnia cognofcendi, quae per totum orbem fiunt, nullis limitibus circumfcripta eft.

q) Κυρίου Σαβαώθ, *Domini Exercituum*] Haec vera verfio vocis Hebraicae צבאות, hic et Rom. IX, 29. Graecis litteris expreffae. Saepe Deus in prifci foederis inftrumento *Deus exercituum* vocatur: 2 Reg. XIX, 31. Pf. XXIV, 10. LXXX, 4. 7. 14. 19. LXXXIV, 1. 3. 8. 12. Ief. I, 24. II, 12. V, 24. IX, 7. XXXVII, 16. 32.

potentiam relatae vestrae opes nihili sunt. Nec solum ille potest oppressos vindicare, sed et certe caussam illorum suscipiet, iustasque a vobis repetet poenas.

Vulg. ant.
v. 5. Fruiti estis super terra, et abusi estis; cibastis corda vestra in die occisionis.

v. 5. *Tempus autem est, vt exitum vos manentem cogitetis, tanta malorum tempestate ingruente, atque recognoscatis quasi actus vitae vestrae. His enim in terris luxuriae vixistis r) et petulantiae, futurorum immemores. Laute ac splendide pasti indulsistis genio s), illis per*

Vulg. Hier.
Epulati estis super terram, et in luxuriis enutristis corda vestra in die occisionis.

16. 32. XLIV, 6. Ierem. VII, 3. 21. IX, 7. 17. *Exercitus* sunt, iam sol, luna et sidera, iam angeli: nomenque *Domini horum exercituum* summum imperium mirabilemque Dei potentiam denotat. Totus ipsi orbis paret, armaque ei in rebelles praebet.

Hebraeorum est obseruatum: Deum, vbi indicat, אלהים vocari; יהוה cum miseratione homines fouet, vt Exod. XXXIV, 6: bellum autem vbi impiis infert, צבאות seu *Dominum exercituum*. Id quod huius loci est. Videatur AINSWORTH in Exod. III, 13.

V. 5. *r)* Iob. XXI, 12. 13. Ies. V, 11. 12. Ezech. XVI, 49. Amos. VI, 3 — 6. Sapient. II, 6. etc. Luc. VII, 25. XII, 19. XVI, 19. 25. XXI, 34. 1 Petr. IV, 3.

s) Vbi nos habemus, *corda vestra*, alii habent, siue *carnem vestram* siue *corpora vestra*. Idem sensus, eadem manebit interpretatio. 147)

147) „Hausta haec ex MILLIO, quo teste τὰς σάρκας habent, *Barb.* 1. et EVTHA„LIVS. Bene reiicit hanc lectionem idem MILLIVS §. 957. *proleg.* Imperitis „librariis insolentior visa phrasis, ἐθρέψατε καρδίας, non *corda* sed *ventrem* ci„bis satiari credentibus. At hi fere erant, quos Hebraicum dicendi genus fu„giebat. In deliciis est Hebraeis, vt illum, qui lautius pascitur, dicant „סעד לבב *cor fulcire*. Disce phrasin ex Genes. XVIII, 5. Iud. XIX, 5. 8. vn„de dictio *Iacobi* explicanda videtur. Quod vero MILLIVS habet, *Syrum* le„gisse,

per totum vitae vestrae decursum similes, qui festos dies agitantes lustralibus vescuntur extis t).

V. 6.

„gisse, *τὰ σώματα*, *corpora*, id ignorationi linguae Syrorum condonandum: „Syris enim ܦܓܪܐ *corpus* et ܒܣܪܐ *caro* idem fere sonant, ac saepissime per„mutantur, etiam in versione Graecae orationis adornanda. Vide e. g. Io. VI, „51. 52. 53. 54. 55. 56. 63. vbi quotiescunque *σὰρξ* est in Graeco, Syrus habet „ܦܓܪܐ *corpus*: vt et hic (prout fecit) ܦܓܪܝܗܘܢ redditurus videatur, quam„uis cum EVTHALIO (cui potius *Syri* auctoritas accedit) *τὰς σάρκας* legerit. „MICHAELIS.

t) Ὡς ἐν ἡμέρᾳ σφαγῆς] Pro *ἡμέρᾳ* in singulari, habet Alexandrinus codex in plurali, *ἐν ἡμέραις*: idemque cum aliis codicibus et versione Vulgata omittit *ὡς*. Sensus foret, *diuites Iudaeos festis temporibus, cum sacrificia mactarentur, suam modo cutem curare.*

Nos tamen fauemus receptae lectioni. Nec enim luxuriem festis modo temporibus lasciuientem, sed quotidianam castigare videtur apostolus.

Solam versionem *Aethiopicam* sequutus MILLIVS totam hanc sententiam deleri iubet, cogitata non apostoli sed librarii cuiusdam complexam. Nec tamen ista versio tantae mihi auctoritatis videtur, vt in gratiam illius verba damnem, quae versionum et codicum reliquorum omne punctum tulerunt, tantum inprimis elegantiae lumen toti orationi addentia. Festos enim dies, sacrificiisque eucharisticis destinatos, laetioribus conuiuiis celebrare Iudaei solebant: Prou. VII, 14. 15. XVII, 1. Ies. XXXIV, 6. Lustralibus illi extis vescebantur, vini saepe plus, quam satis erat, bibentes. Eundem aliarum gentium morem discere licet ex HOMERI *Iliad.* β. 420—432. Quodsi luxuria diuitum quotidiana festos aliorum et geniales dies aequaret, quanta illa correptione digna erat?

Hac in abundantia omnium rerum constituti pauperum tamen curam negligebant, inhiantes diuitiis, quibus per libidinem et abusum pascerentur! 148)

148) „Est ea non BEZAE solum, magnique GROTII, sed et plurimorum (nisi „fallimur,) interpretum explicatio, *Emmanuelis* SA, MENOCHII, TIRINI, „WOLZOGENII, atque (vt nostratium aliquem adpellem) BROCHMANDI. „Graue tamen dubium mouit sagacissimus diuinorum oraculorum interpres B. „WOLFIVS, *quod ἡμέρα σφαγῆς nusquam de die epuli occurrat, quae ab altera „parte a τοῖς LXX de die caedis adhibeatur, Ierem. XII, 3. XXV, 34.* Sensus ergo „erit: *vltimo quasi die, quo mactandi et trucidandi eratis, vos saginastis.* Sistun-

Vulg. ant.		Vulg. Hieron.
v. 6. Damnastis et occiditis iustum, non resistit vobis.	v. 6. *Quin eo progressa est effraenis libido, vt socios vestros innocentes iustosque morti addixeritis u). Hisne vestris coeptis Deus non resistat?*	Addixistis et occidistis iustum, et non resistit vobis.

V. 7.

„tur diuites, vt vilia pecora, rationis expertia, eum modo laute pascenda in finem, ne esca vermibus, siue malis auibus desit. MICHAELIS.

V. 6. *u) Addixistis et occidistis iustum*] Ingens hoc scelus damnatur 1 Reg. XXI, 13. etc. Sap. II, 6 — 20. Act. III, 15.

Δίκαιον nonnulli intelligunt, *Dominum nostrum, Iesum Christum*, eodem nomine vocatum Act. III, 14. VII, 52. XXII, 14. Hunc Iudaei nec resistentem interfecerunt, Matth. XXVI, 52. 53. 54. Act. II, 23. 36. III, 15. 1 Cor. II, 8. 1 Petr. II, 23. idque tempore solemnis sacrificii paschalis, laetitia gestientes et exsultantes. Hoc illi tempore Iustum in victimae modum mactarunt: cuius sceleris vltrix ira diuina capitibus ipsorum iam imminebat. Hoc se colorum fuco interpretatio commendat. Nec tamen putauerim, ad supplicium, quod Dominus subiit, dictum apostoli referendum: cuius sceleris Hierosolymitani magis quam in dispersione degentes Iudaei rei erant, Act. XIII, 27. 28. Enallage autem singularis pro plurali perquam crebra: vide Ps. XCII, 12. Prou. XXIV, 16. Ies. LVII, 1. Christianos ergo quosuis intelligo, quibus dispersi Iudaei caussa supplicii exstiterant.

Haec fata suis dudum cecinerat Saluator optimus, Matth. XXIV, 9. Luc. XXI, 12. *Paullus*que fatetur, se superstitione Iudaica imbutum, aliquos Christianorum ad mortem vsque persecutum esse, Act. XXII, 4. Quod quidem de caede *Stephani* inprimis intelligo, *Paullo* aliisque ex dispersione Iudaeis tribuenda, Act. VI, 8 — 14. Nec primus ille martyr inimicorum consiliis resistebat, placida mente pro acerbissimis hostibus preces fundens, Act. VII, 58 — 60. in quo Domino suo moribundo simillimus exstitit. Sparsi etiam inter gentes Iudaei fuerunt, quibus concitantibus *Paullus* ipse lapidibus ad mortem vsque (sic illi quidem sperabant) impetebatur, Act. XIV, 19.

Tempus etiam *praesens* verbi ἀντιτάσσεται aliqui interpretum existimarunt efficere, de Iesu Christi caede, dudum iam peracta, sermonem non esse. Sed vt verum fateamur, exigua eius argumenti vis est. Reliqua omnia *praeteriti temporis* notas grammaticas impressas sibi habent: *condemnastis* — — *interfecistis*: codex etiam a MILLIO laudatus habet hoc ipso in loco, οὐκ ἀντετάξατο, *non restitit*.

Hoc potius alicuius esse possit momenti, quod c. II, 6. diuites dicantur adhuc opprimere christianos, eosque ad tribunalia gentium damnandos rapere: in

Cap. V

Vulg. ant.		*Vulg. Hieron.*
v. 7. Patientes ergo estote, fratres, vs-	v. 7. Vos autem, fratres mei *x*), Christo fideles, odiosi Iudaeis, cum hostium vestrorum ex Iudaeis in-	Patientes igitur estote, fratres, vs-

teritum

in qua impietate Iudaeorum acerbitatem non temere alii vicerunt. Act. XVII, 6. XVIII, 12. etc.

BENTLEIVS in *Phileleuthero Lipsiensi*, seu *Remarks on a late discourse of free-thinking* P. I. p. 74. pro οὐκ ἀντιτάσσεται ὑμῖν legi vellet, ὁ Κύριος ἀντιτάσσεται ὑμῖν, *Dominus resistit vobis:* quae phrasis *Iacobi* c. IV, 6. et *Petri* 1 ep. c. V, 5. ex Prou. III, 34. petita. Maiorem connexioni sermonis lucem promittit noua lectio, Petrini sermonis filo prorsus simili futurae. Nostram vero, quam vulgo tuemur, lectionem inde natam arbitratur, quod librarii ΟΥΚ scripserint pro ΟΚΣ, compendio vocum ὁ Κύριος exprimente. Ingenio plaudo, cui haec debetur coniectura, nec ei quidquam deesse sentio, nisi Patris alicuius aut codicis vetusti album calculum. Idem tamen sensus, cui BENTLEIVS fauet, ex recepta etiam lectione existet, adiecta interrogandi nota: *damnastis iustum et interfecistis: nonne* talia perpetrantibus *vobis resistet?* (sc. Dominus) Sic apte cohaerebunt commata 6 et 7. Ipso enim Domino aciem iam instruente contra suorum inimicos, bene monet apostolus: *estote ergo patientes, fratres, vsque in aduentum Domini.* 149)

149) „Nec tamen siue noua lectione, (quam ne acutissimo quidem ingenio, co-„dicibus destituto atque auctoritatibus, debere velim) siue interrogandi nota „opus esse crediderim, si ellipsin aliquam suppleamus. Explica, ac si scriptum „esset, ὃς οὐκ ἀντιτάσσεται ὑμῖν: *interfecistis iustum*, QVI *non resistit vobis.* Con-„suetum Hebraeis, magisque Arabibus, pronomen relatiuum omittere; idem-„que ex Europaeis Angli in deliciis habent. Summum vero dedecus admittitur, „si ne resistentem quidem interficias.

„Filum totius orationis integrum etiam sic erit. Οὖν, quod v. 7. legitur, „non ex nostro commate, sed ex tota oratione v. 1 — 6. consectarium aliquod „nectit. Facillimus tamen transitus a laudata v. 6. patientia iusti ad eiusdem vir-„tutis indefessum studium iustis suadendum.

„Crediderim, admissa interrogatione futurum potius tempus requiri: *nonne* „*resistet vobis?* ne de ellipsi vocabuli *Dominus* aliquid dicam. MICHAELIS.

V. 7. *x*) Ἀδελφοὶ] Mirum, si Christiani mutuis damnationibus et caedibus bellum ciuile suis visceribus intulissent. Ex commate igitur sexto, vt et aliis ex rationibus, colligo, apostrophen v. 1 — 6. contineri, qua impii compellantur Iudaei, Christianos opprimentes. Horum interitus gradum corripiebat, aliis exemplo futurus.

Ipsa

Vulg. ant. que ad aduentum Domini. Ecce agricola exspectat honoratum fructum terrae, patiens in ipso, vsque quo accipiat matutinum et serotinum 151) fructum.

teritum certo atque indubio iam praecipiatis prospectu, magno animo atque forti constantia vt aduersa vsque in aduentum Domini toleretis [150]), hortor. Ille enim formidandis ab hostibus vos vindicabit, vestrasque vlciscetur iniurias: nec eius aduentus nisi prope abest. Otium vero et tranquillitas, in quod vindicabimini, exspectatione quamuis diuturna non indignum erit: cuius exemplum et argumentum ab exspectatione rerum huius mundi vobis capiendum erit. Quanta aratores *y*) patientia messem exspectant? largum-

Vulg. Hieron. que ad aduentum Domini. Ecce agricola exspectat pretiosum fructum terrae, patienter ferens, donec accipiat temporaneum ac serotinum.

Ipsa compellatio ἀδελφῶν, *fratrum*, quibus patientiam suadet, petito ex internecione grauissimorum inimicorum argumento, satis indicat, orationem nunc ad christianos conuerti, quos per figuram orationis hactenus deseruerat. *Hi mala patiebantur, non inferebant aliis.* Vide c. II, 6. 7.

150) Μακροθυμήσατε] „Propria vis verbi, *iram diu continere*, quae θυμὸς Graecis vocatur: deinde spem atque patientiam significat, quam diu seruare sub malis pii debent. Nempe cauendum est illis, ne iusto grauius calamitatem suam ferentes ipsi quasi Deo irascantur, eiusque liberationem exspectare nolint. „Vide quae habemus ad cap. I, 19. 20. MICHAELIS.

y) *Iacobum*, fratremque eius *Iudam* aratores fuisse, sunt, qui credant, eosque hac de caussa phrases agricolarum saepius adhibere. Dubitauerim tamen de narrationis veritate. Ipsa naturae opera promtas similitudines, easque elegantissimas atque aptissimas, sua sponte offerunt, quas nullo omnes intelligunt negotio.

151) Ὑετὸν πρώϊμον καὶ ὄψιμον] „*Vulgatae* antiquae auctor non legit in Graeco „contextu, ὑετὸν, socios suae lectionis habens, *Vulgatam* recentiorem, *Stephani* „codicem ιγ, *Coptum* interpretem a WILKINSIO editum, et ANTIOCHVM „homil. 110, versionem etiam *Aethiopicam*. Vide MILLIVM et WOLFIVM. „Suppleuit ergo ex ingenio FRVCTVM, vt et *Coptus* et ANTIOCHVS: quem „sensum, lectione admissa, non facilem modo atque obuium, sed et necessarium dixeris, quia paucis verbis interiectis legimus, *agricolam exspectare pretiosum*

Cap. V.

gumque ſperantes prouentum, non tamen acerbe ferunt moram ſpei ſuae iniici, donec terra largos imbres et ſementis tempore et ante meſſem z) bibat.

Vulg. ant.
v. 8. Et vos patientes eſtote, et confortate praecordia veſtra, quoniam aduentus Domini adpropiauit.

v. 8. Hinc, quibus tam exigua propoſita ſpes eſt, exſpectabunt patienter? vos autem, praeſtantiora munera et nobiliores quaſi fructus ſperantes, querelis indulgebitis? Id vero longiſſime abſit! Compoſita potius et animoſa mente aduerſa tolerate, Chriſti doctrinam obfirmato aduerſus mala animo profitentes et ſequentes *a*) [152]).

Vulg. Hieron.
Patientes igitur eſtote et vos, et confirmate corda veſtra, quoniam aduentus Domini adpropinquauit.

Robur

„*tioſum* FRVCTVM (καρπὸν) *terrae*. Vide LXX, Exod. IX, 32. qui te docebunt, „non ad pluuiam ſolum, ſed et ad fructus phraſin noſtram referri. Habet et„iam lectio ipſa, quod blandiatur vel ſeuero iudici. *Pretioſum fructum terrae* „exſpectat agricola: iam quid concinnius et aptius eſt, vt accipiat? *imbrem*, „an *fructum* vernalem et aeſtiuum? Nec facile ratio adparet, cur ὑετὸν ex omni„bus illis exciderit codicibus, ex quibus verſiones *Vulg. ant. rec. Copt. Aeth.* „factae ſunt: at in promtu erit, ſcribam iuſto doctiorem, qui ſaepiſſime ὑετὸν „πρώϊμον καὶ ὄψιμον commemorari audiuiſſet, ex ingenio aliquid profani addi„diſſe. Caeterum vulgarem lectionem BENSONIVS commode explicat. MI„CHAELIS.

z) Omne ſegetis tempus, a iacto ſemine vsque ad maturitatem, *diei* comparatur, cuius *matutinum tempus* ſerendo, metendo *veſpertinum* teritur: ſeu potius phraſis debetur LXX interpretibus, ad Deut. XI, 14. et alibi. Forte hi verba Hebraica de pluuia matutina et veſpertina intellexerunt. Fieri hinc potuit, vt et recentiores quidam interpretes de pluuia ſub ſolis ſiue ortum ſiue occaſum cadente cogitarent. Hebraeis tamen *pluuia matutina*, ſeu potius *prima*, eſt, quae tempore ſementis caelo demiſſa, turgeſcere ſegetem largumque ariſtarum partum edere facit: *ſerotina*, quae meſſem praecedebat, ipſasque ariſtas plenas ac turgidas reddebat. Vide Deut. XI, 14. XXVIII, 12. Iob. XXIX, 23. Prou. XVI, 15. Ierem. III, 3. V, 24. Hoſ. VI, 3. Ioel. II, 23. Zach. X, 1.

V. 8. *a*) Pſ. XXVII, 14. XXXI, 14. CXII, 6. 7. 8. *LXX*. 1 Cor. XVI, 13. Eph. VI, 10. Hebr. VI, 11. 12. X, 34 — 39.

 152) Στη-

Robur vobis circa pectus sit, fortitudinemque in omni vita prae vobis feratis, quia aduentus Domini citatos iam greſſus facit *b*).

V. 9.

152) Στηρίξατε τὰς καρδίας ὑμῶν] „Quid? ſi phraſis ſit conuiualis, ſolatium ci„bo, quo nos firmamus, comparans? In hanc ſententiam ferimur per conue„nientiam dictionis cum illa, quam ad v. 5. illuſtrauimus. Luxuriae diuitum „vitioſisque illorum epulis has dapes opponere videtur *Iacobus*: *ergo et vos non* „*patienter modo exſpectate, ſed et praecipite ſpes veſtras: paſcimini ſpe futurae fe*„*licitatis, ſicut diuites, perituris dapibus in diem fruuntur.* Phraſin ſaltem He„braicam סעד לב, *fulcire cor*, pro *edere*, quam ſupra imitatus nobis vide„batur apoſtolus, ſic reddidit Graeca verſio Iudic. XIX, 5. στήριςον τὴν καρδίαν „σου κλάσματι ἄρτου, et v. 8. στήριςον τὴν καρδίαν σου ἄρτῳ. MICHAELIS.

b) Ὅτι ἡ παρουσία τοῦ Κυρίου ἤγγικε] Propria verbi ἤγγικε ſignificatio eſt *adpropinquandi*, ſeu *propius veniendi*: quae illi et hic relinquenda, et Matth. III, 2. IV, 17. XXVI, 45. Luc. XXI, 20. Rom. XIII, 12. 1 Petr. IV, 7.

Dies aut *aduentus Domini* in ſacris litteris dicitur, cum venit, vt poenas grauiores ab impiis repetat, ſiue ipſe illas exigat, ſiue rebus quibusdam creatis vtatur miniſtris et quaſi exactoribus. Qua phraſi quamuis ſaepe extremum catholicumque iudicium ſignificetur, quod ad 2 Theſſ. II, 2. nota *c*) docuimus, omnia tamen grauiora atque illuſtriora iudicia denotare poteſt. Vide Ieſ. XI, 4. XIII, 6. 9. Ezech. XXX, 3. Ioel. I, 15. II, 1. 11. 31. III, 14. Obad. verſ. 15. Zeph. I, 7. 14. Zach. XIV, 1. 2. Malach. III, 2. IV, 1. Plurima loca iam citata *diem domini imminere et proxime abeſſe* dicunt, nec tamen niſi ſingulis gentibus aut ciuitatibus importunam calamitatem denuntiant.

Hunc modum loquendi ex ſcripturis V. T. bene imbibentes animo, haec noui foederis commata, Matth. XXIV, 14. 27. 33. 34. 36. 37. 42. Luc. XXI, 20. 1 Cor. X, 11. Phil. IV, 5. Hebr. X, 25. 37. 1 Petr. IV, 7. 1 Ioh. II, 18. de aduentu Chriſti ad deſtruendam per Romanos Hieroſolymam intelligemus. Quibuscum locis compara Matth. III, 10. 12. XXIII, 35. etc.

Confirmatur noſtra interpretatio, ſi cogitaueris, litteras has ad Chriſtianas eccleſias ex Iudaeis collectas datas eſſe, quibus hoc genus loquendi familiare, ſpesque ab ipſo Chriſto facta erat, Hieroſolymam remque Iudaeorum publicam breui ruituram. Quo in vaticinio iisdem verbis vſus erat Dominus, vt ἡ παρουσία τοῦ υἱοῦ ἀνθρώπου Matth. XXIV, 27. quod noſtro ἡ παρουσία τοῦ Κυρίου reſpondet: atque ἐγγύς ἐστιν ἐπὶ θύραις, Matth. XXIV, 33. Marc. XIII, 29. quid aliud, niſi Iacobaeum v. 9. πρὸ τῶν θυρῶν? Verbum vero ἤγγικεν ipſiſſimum legimus

Vulg. ant.
v. 9. Nolite ingemiſcere, fratres, in

v. 9. Nolite vero, fratres mei, grauius de fratribus conqueri [154]), il-

Vulg. Hieron.
Nolite ingemiſcere, fratres, in al-
los-

gimus Luc. XXI, 20. Cum OECVMENIO ergo facimus, qui verbis apoſtoli deſignari ait *inuaſionem Romanorum, atque captiuitatem Iudaeis ab his imminentem.* Quae Deus permittit, ea ipſe facere dicitur, de quo vide inprimis Matth. XXI, 40. 41.

Quis vero alius Domini aduentus tunc imminebat? aut quo alio ſenſu iudex ante valuas eſſe dici poterat? Iam ex verſu primo didicimus, mala grauiſſima quaſi in capite Iudaeorum diuitum pependiſſe, eosque poenas auaritiae, luxuriae, et vero acerbiſſimi chriſtianorum odii breui fuiſſe daturos. Tres modo poſt ſcriptam epiſtolam annos exitialis belli incendium coortum eſt, quo vrbs et reſpublica Iudaeorum conflagrauit. Qui *aduentus Domini proxime abeſſe* quanto iure, et quam proprie dici poterat?

Graue argumentum, quo patientia perſuaderi poterat Chriſtianis, quorum acerbiſſimi aduerſarii, Iudaei, exitio proximi. 153)

153) „Lectori prudenti, oraculorumque diuinorum reuerenti, facile, niſi fallimur, „perſuadebit BENSONIVS, non de extremo iudicio, ſed de exitio Hieroſolymi„tano ſermonem eſſe. Quis enim cum WOLZOGENIO ad h. l. aut cum CLE„RICO, ſententiam ad alia apoſtolorum dicta promente, vel ſuſpicari audeat, „*apoſtolos* inſigni errore *exiſtimaſſe, extremum iudicium non tam longe abeſſe*? „Qui error quomodo in ſcripta a Deo inſpirata irrepere potuerit, non video: „ne iam *Paullum* dicam hunc ipſum errorem grauibus argumentis iugulare, 2 „Theſſ. II. toto.

„Dixeris forte, diem extremi iudicii, quamuis longo adhuc interuallo ſe„iunctum, propius tamen ab illo ſeculo abfuiſſe, quam ab *Eſaiae, Dauidis*, aut, ſi „placet, *Moſis* aetate. Nec tamen intelligo, quale robur patientiae oppreſſorum „ex hac cogitatione accedere potuerit. Propius enim catholicum illud iudicium „abfuerit; tot tamen ſeculorum interuallo ab illis diſtinebatur, vt mala et op„preſſionem ipſorum finire citius non poſſet. Niſi aliud interueniret iudicium, „miſerias cum ſpiritu extremo dimiſſuri erant.

„Quod autem huic ſententiae opponit CLERICVS, rectiora docentem corri„gens HAMMONDVM, *Iudaeis in Italia aut Graecia aliisque prouinciis a Iudaea „remotis, euangelium amplexis, nihil nocuiſſe, quod ſtaret Hieroſolyma et reſp. Iu„daeorum*, id perquam nobis mirum videtur. Stante Hieroſolyma et republica, „Iudaei iudicia in ſuae gentis homines etiam in prouinciis Romanis exercebant, „illosque Chriſto addictos lacerare verberibus et loris vrere poterant, quod *Paullo* „quinquies accidit, 2 Cor. XI, 24. Confer etiam Act. IX. Deſtructa ciuitate, haec „etiam tyrannidis iura concidebant. MICHAELIS.

V. 9. 154) Μὴ στενάζετε κατ' ἀλλήλων, ἀδελφοί] „In hoc commate expli-

„cando

Vulg. ant. alterutrum, ne in iudicium incidatis. Ecce iudex ante ianuam stat.

losque leui offensa accepta, aut ob diffidia sententiarum, adcusare c). Solatio vobis inuicem et auxilio esse debetis in publica hac ecclesiae calamitate: quae cum vobis omnibus grauis sit, si tamen asperi erga fratres fueritis, conquerendo, reprehendendo, iudicando, periculum est, ne ipsi damnatricem sententiam breui reportetis d); iudex enim

Vulg. Hieron. terutrum, vt non iudicemini. Ecce iudex ante ianuam adsistit.

„cando deserendus nobis BENSONIVS videtur: iure? an nostra culpa? id iu„dicent alii.

„Cum superiora patientiam suaserint vexatis ab impia Iudaeorum turba, „quorum exitium adpropinquare dicebatur; sequentia eundem in finem patien„tis Iobi, quin et ipsius Domini exemplum adferant: melius nobis filum seruari „orationis videtur, si et hoc in versu illi, in quos gemitu vindictam poscere non „licebat, quorumque iudex ante ianuam esse dicitur, impii credantur Iudaei. „Eandem nobis sententiam praeiuerunt GAGNAEVS, MENOCHIVS, TIRI„NVS, quamquam hic dubius, illi obscure: clarius eandem proponit *Daniel* „WHITBY. De suspiriis illis licitis et piis citat Exod. II, 23. Rom. VIII, 26. Ps. „CII, 5. 20. Iud. II, 18. Exod. VI, 5. Idem dubia, quae ex vocibus κατ' ἀλλή„λων, atque licitis alioqui contra opprimentes suspiriis peti possent, sic refellit: „*suspiria, cum necessaria lege ex adflicto animo proficiscuntur, misericordiam diui„nam tangunt. Ast vbi impatientiam malorum, et vindictae cupiditatem matrem „habent, nobis ipsis damnationi cedunt: cumque Iudaei oppressi et opprimentes eius„dem sint populi*, contra se inuicem ingemiscere *dicuntur*.

„Sic ergo sententiam apostoli meis verbis exprimo: *ab impiis vestrae gentis „ciuibus oppressi, nolite illis, id est, vobis inuicem diris imprecationibus vindictam di„uinam optare, ne et ipsi damnemini, quae sententia vindictae cupidis a placido nu„mine exspectanda est. Iudex iam ante fores consistit, vestras ipse vlturus iniurias: „nec sane opus, vt horrendum vestrae genti diem acceleretis.* MICHAELIS.

c) Genes. IV, 6. Leu. XIX, 18. Matth. VI, 12. 14. 15. VII, 1. Luc. VI, 37. Rom. XV, 1. 2. 2 Cor. VI, 12. 13. Gal. V, 15. Tit. III, 2. 3. Hebr. X, 24. Iac. IV, 2.

d) Pro μὴ κατακριθῆτε habent aliqui codices et versiones magnae auctoritatis, μὴ κριθῆτε, *ne iudicemini*. Vide MILLIVM. Sensus vtrimque idem, sed haec lectio propius accedit ad dictum Christi Matth. VII, 1. vnde petendam explicationem existimo.

e) Com-

enim quasi ante valuas est *e)*, peccatoribus minime id suspicatis superuenturus.

Vulg. ant.
v. 10. Accipite experimentum, fratres, de malis passionibus et de patientia, prophetas, qui locuti sunt in nomine Domini.

v. 10. Grauia esse et magna mala, quae vos angunt, dicetis: nec id negauerim. Non tamen prorsus vnica sunt et singularia *f)*: alii ante vos, sanctitatis etiam laude illustres, his non minora passi sunt. Ipsi prophetae, tantum Dei fauorem atque honoris adepti fastigium, vt ab eius spiritu acti, ab illoque missi, sententias diuinas [155]) principibus viris denuntiarent, impiis saepe, ac talia audire recusantibus, asperis fatis colluctati sunt.

Vulg. Hieron.
Exemplum accipite, fratres, exitus mali, laboris et patientiae, prophetas, qui locuti sunt in nomine Domini.

Doce-

e) Compara Genes. IV, 7. Vide etiam notata ad v. 8. n. *b)*.

V. 10. *f)* Non ita lamentari poterant, vt *Ieremias* Thren. I, 12.

155) Οἱ ἐλάλησαν τῷ ὀνόματι Κυρίου] „Ellipsin particulae ἐν ante ὀνόματι statuunt „plerique interpretes, *Latini*, *Syrus*, *Arabs*, monetque WOLFIVS, phrasin inte„gram haberi v. 14. Non video, quid huic explicationi obuerti possit: et ta„men eam reliquit BROCHMANDVS, singularem subesse emphasin ratus. Pro„phetas enim non solum *in nomine Dei* loquutos, vt legati faciant remoto Domi„no, sed et actos a praesentissimo numine, quod *in illis* loquutum sit: idque „dici, λαλῆσαι τῷ ὀνόματι Κυρίου. Rudis omnino sum, nec emphasin percipio: „quid enim omissio particulae, ἐν, ad praesentiam aut absentiam Domini „faciat?

„Potius si meram ellipsin admittere hic nolueris, ὀνόματι, remoto ἐν, a lati„no interprete in dandi casu reddendum erit: *qui loquuti sunt nomini Domini*: „i. e. *qui media inter mala Deum laudarunt, eiusque nomini loquuti sunt hymnos*. „Vis phrasin, non eandem quidem, haud multum tamen dissimilem? habes Ps. „XVII, 1. ἐλάλησε τῷ Κυρίῳ τοὺς λόγους τῆς ᾠδῆς ταύτης.

„Sollicitant ipsam lectionem aliqui codices, ἐν supplentes, vt, *Laud.* 2. „*Barb.* 5. *Geneu. Cant.* 2. *Noui Collegii*. 1 *Petr. I.* quod ex nasutula librariorum dili„gentia factum arbitramur, quibus hiare videbatur oratio. Nollem ex his co-

 „dicibus

Doceant hi vos exemplo ſuo *g*) patientiam et fortitudinem rebus in aduerſis.

Vulg. ant.
v. 11. Ecce beatos dicimus, qui ſuſtinuerunt. Sufferentiam Iob audiſtis, et finem Domini vidiſtis: quoniam viſceraliter Dominus miſericors eſt.

v. 11. Hosne miſeros atque a Deo relictos dicemus, quia ob iuſtitiam mala ſubierunt? Haecne ſigna irae diuinae videbuntur ſapienti? Plauſu potius martyres proſequimur, feliceſque ac beatos praedicamus *h*), quorum ſolidam mentem minae et ſupplicia tyrannorum *i*) quaſſare atque a recto dimouere non potuerunt.

Vulg. Hieron.
Ecce 156) beatificamus eos, qui ſuſtinuerunt. Sufferentiam Iob audiſtis, et finem Domini vidiſtis, quoniam miſericors Dominus eſt, et miſerator. 156)

Singularem conſtantiam atque patientiam iuſti illius Iobi audiui-

ſtis,

„dicibus MILLIVM etiam quatuor verſionum nomina addidiſſe: earum auctores enim, non neceſſe eſt, ἐν in Graecis legiſſe: poterant illi in verſione ellipſin ſupplere. Recte ergo haec verſionum nomina Venerab. BENGELIVS in „*adparatu critico* omiſit. MICHAELIS.

g) Matth. V, 12. XXIII, 37. Act. VII, 52. 1 Cor. IV, 12, 13. Epheſ. VI, 20. Hebr. VI, 12. XI, 35 — 38. XII, 1. etc.

Ante τῷ ὀνόματι praepoſitio omiſſa videtur. Vnus codex habet ἐπὶ, plures vero et codices et verſiones ſupplent, ἐν. Vide MILLIVM.

V. 11. *h) Beatos praedicamus eos, qui ſuſtinuerunt*] Bonis ſaepe male eſt in terrarum orbe: Geneſ. XXXIX, 20. Act. XIV, 22. 2 Timoth. III, 22. Sapientis vero non eſt ignominiae ſibi haec mala ducere, ſed virtuti potius ac pietati ſuae, aduerſis non ſuccumbenti, plaudere. Pſ. XCIV, 12. etc. Dan. XII, 10. 12. Matth. V, 10. 11. 12. Act. V, 41. Hebr. VI, 11. 12. XIII, 7. Iac. I, 12. 1 Petr. III, 12.

Μακαρίζειν eſt *beatum* aliquem *praedicare aut exiſtimare.* Vide LXX, Geneſ. XXX, 12. Iob. XXIX, 11. Luc. I, 48.

i) Pro, τοὺς ὑπομένοντας, *(qui ſuſtinent)* codices aliqui et verſiones legunt, τοὺς ὑπομείναντας, *(qui ſuſtinuerunt)* quam et GROTIVS lectionem probat. Vide MILLIVM. Nobis eadem lectio praeplacet, niſi forte apoſtolus et hic et c. I, 12. adludat ad Dan. XII, 12. vbi LXX. interpretes habent, μακάριος ὁ ὑπομένων: quamquam et ibi codex *Alexandrinus* exhibet, ὁ ὑπομείνας.

k) Patien-

ſtis, ineffabili malorum mole oppreſſi *k)*: noſtis etiam, quem aduerſorum finem, quam laetum, quam beatum Dominus *l)* ipſi conceſſerit; idem Dominus, cuius in hunc vsque diem viſcera *m)* plena ſunt miſericordiae, quique tan-

dem

k) Patientiam Iobi audiſtis] Iob. I, 21. 22. II, 10.

Hiſtoria Iobi non omnino ficta, ſed haec vera continere videtur, *fuiſſe aliquem, nomine Iobum; grauibus hunc malis colluctatum, tandemque liberatum, proſpera per reliquum vitae decurſum fortuna vſum eſſe.* Non fictas inter perſonas, ſed hominibus Deo gratis, qui olim vixerunt, adnumeratus comparet Ezech. XIV, 14. 20. eiusque patientia malorum atque ſequuta felicitas, vt res ita omnino geſtae a *Iacobo* commemorantur. Nec tamen negauerim, librum *Iobi* poëtice ſcriptam hiſtoriam memoriae prodidiſſe, quam multis elegantium fictionum floribus conſperſit.

l) Iob. XLII, 9. 10. etc.

„Vide *curas* WOLFII ad h. l.„

m) 2 Sam. XXIV, 14. Pſ. CXXX, 7. Numer. XIV, 18. Eph. II, 7. 1 Petr. I, 3. Πολύσπλαγχνος eſt proprie, *cui multa ſunt viſcera*, i. e. molliſſimos miſericordiae adfectus erga alios ſuſcipiens, Matth. IX, 36. XIV, 14. Luc. X, 33. Καὶ οἰκτίρμων] Primum hoc erat vocabulum, quo miſericordia diuina ſignificabatur, cum Deus omnem ſuam bonitatem tranſire ante Moſen iuberet, Exod. XXXIV, 6. Vide etiam Pſ. LXXXVI, 15. CIII, 8. ex verſione τῶν LXX. Vtrumque vocabulum coniungitur Coloſſ. III, 12. vbi reddi phraſis recte ſolet, *viſcera miſerationum.* Hic quoque vtramque phraſin adhibet apoſtolus, quo altius ſummam Dei miſericordiam in animis legentium defigat, quae cogitatio non poteſt non magno eſſe ſolatio adflictis. 156)

156) „Vnum nobis monendum ſupereſt, non tam ad veram apoſtoli mentem percipiendam neceſſarium, quam vtile ad pernoſcendam veram originem locutionis celeberrimae, atque lectoribus noſtris, ſi in condimenti loco non habitum, „nec tamen iniucundum.

„Πολύσπλαγχνος καὶ οἰκτίρμων reddidit Vulgata: *miſericors et miſerator:* „ipſiſſima phraſi vſa, a qua omnia Corani capita exordium ſumunt: *In nomine* „*Dei miſeratoris miſericordis.* Accedit, quod Syriaca verſio, per omnem vulgata Orientem, primam vocem reddat ܡܪܚܡܢܐ, quod vocabulum ad Arabi-

„cum

dem iustis, quantumcunque affligantur, amorem suum et beneuolentiam mirifice demonstrabit.

SECTIO XI.

Cap. V, 12.

CONTENTA.

Iuramenta siue per Deum, siue per res creatas, in vita communi atque extra iudicium prolata, damnat apostolus [157].

PARA-

„cum رَحْمَٰن, quo *Muhammedes* vsus, proxime accedit. Cum autem *Muhammedes* scrinia apostolorum saepe compilauerit, (atque vtinam semper compilasset, nec quidquam illis sacrilega addidisset manu) fieri potuit, vt et hoc solemne singulorum capitum exordium *Iacobo* deberet. Accedit, quod versu „praecedente scripserit apostolus, ὀνόματι Κυρίου, quod et Arabs vertit بِسْمِ: „vnde illud Muhammedanum بِسْمِ ٱللَّهِ ٱلرَّحْمَٰنِ ٱلرَّحِيمِ consarcinari „potuit.

„Hoc autem praefamen boni ominis caussa libris sectionibusque librorum „praemissum, cum eo vsque Muhammedanum euaserit, vt superstitionis *Muhammedanae* tessera habeatur, atque christiana illud auersetur Arabia: non „mirum est, versionem Arabicam noui foederis, post *Muhammedis* seculum factam, prorsus alias hic voces quasi de industria adhibuisse. Imprudentiore „forte zelo correptus interpres nolebat veritatis diuinae et mendacii interpretes „vel in verbis congruere: haud cogitans, quanto sit honori instrumento noui „foederis, a falsis etiam prophetis, quin ab omnibus morum praeceptoribus „compilari. MICHAELIS.

V. 12.

Cap. V

PARAPHRASIS.

Vulg. ant.
V. 12. Ante omnia autem, fratres mei, nolite iurare, neque per caelum, neque per terram, nec alterutrum iura-

V. 12. Qui in iurisiurandi leuem aliquam et profanam consuetudinem se adduxerunt, exigua eius religione stringi solent. Vos ergo velim, fratres, magna sollicitudine et religione *n)* cauere a iureiurando in quotidiano sermone prola-

Vulg. Hieron.
Ante omnia autem, fratres mei, nolite iurare, neque per caelum, neque per terram, neque aliud quodcunque iu-

V. 12. 157) „Confer, quae iam ad illustrandum hoc comma in prolegomenis de„dimus §. VI. pag. 37. Filum orationis, satis intricatum, expediendum nobis „restat. Mirum ergo videri possit, apostolum satis magno saltu a praeceptis pa„tientiae statim ad iuramenta pergere, nec in hac materia tractanda haerere, sed „confestim v. 13. illuc iterum delabi, vnde venerat. Miramur sane, interpre„tes plurimos prorsus de connexione non fuisse sollicitos, alios ea attulisse, quae „auidum lectorem male quidem pastum et satiatum dimittent.

„Si nostram opellam promentibus nobis non erubescendum sit, credideri„mus, animo apostoli inprimis obuersata iuramenta illa, quibus Iudaei iniurias „passi ad vltionem se obstringebant, quorum in ipsa historia sacra minus, quam „expedit, rara sunt exempla. Vide 1 Sam. XIV, 44. XXV, 22. Moniturus ergo „erat, vt *ante omnia* iuramentis vindictam et minas spirantibus passi iniurias abs„tinerent. Cum autem per Iudaeorum sermones late regnaret iurisiurandi „sine verecundia effusi prauitas, hoc omne vitium vna opera castigat. MI„CHAELIS.

n) Πρὸ πάντων δὲ] Coniungunt aliqui versum cum sectione superiore, ac si apostolus castigaret impatientiam iniuriarum, illam inprimis, quae leuia iuramenta profundit: homines enim adfectuum turbis agitati ad iurandum proni sunt. Particula δὲ fauet connexioni: ast eadem saepe transitum facit ad aliud argumentum pertractandum; cumque verba apostoli latioris sensus et praecepti late diffusi esse videantur, placuit nobis nouam hic sectionem ordiri. Nunquam neque aduersis rebus neque prosperis temere iurare debebant: cuius vitii totum genus damnat apostolus.

Ante omnia] 1 Tim. II, 1. 1 Petr. IV, 8. Non hunc omnium vitiorum apicem credit apostolus, seuere tamen castigat vt graue peccatum Iudaeis familiare, prauamque consuetudinem, quae cum penitus inoleuisset, summa cura eluenda et exurenda quasi erat.

Vulg. ant. mentum. Sit autem apud vos, *est*, est: *non est*, non est; ne in iudicium incidatis.

prolato *o*), siue illud ad Deum ipsum pertineat, siue ad alias res Deo sacras. Nec enim existimare debetis, innoxios vos haberi, si ipsum Dei nomen iurantis ex ore non audiatur. Per ipsas enim res crea-

Vulg. Hier. ramentum. Sit autem sermo vester, *est*, est: *non*, non; vt non sub iudicio decidatis.

o) *Esseni*, secta Iudaeorum, tanta sollicitudine veritati studebant, vt verba ipsorum iuris iurandi loco essent. Iuramenta iidem fugiebant, nec meliore loco quam ipsum habebant periurium. Vide IOSEPHVM de B. I. l. II. c. VIII. §. 6. Christianorum aliqui omne ius iurandum damnarunt; nec tamen eum rigorem *Essenorum* sententiae tribuerim, sed iuramenta eos crediderim spectasse, quae vulgo et in sermone quotidiano audiuntur. Cum enim horrendi se sacramenti religione obstringerent, qui ad haec castra admittebantur, teste *ibidem* IOSEPHO §. 8, non omne iuris iurandi genus in vitio ponere poterant. Quae si opinio fuerit Essenorum, tabulis eam prisci nouique foederis congruam existimo, quotidiana iuramenta prohibentibus, Exod. XX, 7. Deut. V, 11. Ps. CXXXIX, 20. Matth. V, 33 — 37. Sic periurium damnatur Leuit. XIX, 12. Matth. V, 33. XXIII, 16. Vniuersale quidem illud interdictum: nec tamen minus vniuersalis lex est, qua actiones forenses prohibentur, 1 Cor. VI, 7. aut quam ipse Dominus, Luc. VII, 30. praecepit: *vnicuiuis roganti dato, et ab eripiente tua ne reposcito.* Has tamen ipsas leges prudenti interpretatione in veros quasi terminos cogunt interpretes.

Iuramenta vero illa, quae solemni et publica voce graui in caussa Deum veri testem excitant, in vitio non esse, his argumentis probamus:

α) Sancti se sacramentis obstrinxerunt, nec vlla re significauit Deus, id sibi displicere, Genes. XIV, 22. 23. 24. XXVI, 28 — 31. XXXI, 53. 1 Reg. XVII, 1. 12. Ps. CXXXII, 1. 2. Rom. I, 9. IX, 1. 2 Cor. I, 18. 23. XI, 31. Gal. I, 20. Phil. I, 8. 1 Thess. II, 5.

β) Angelus iurare dicitur Apoc. X, 5. 6.

γ) Ipse Deus dictis suis iure iurando fidem addit, Deut. I, 35. Ps. LXXXIX, 35. XCV, 11. 1 Sam. III, 14. Ies. XLV, 22. 23. Ezech. XVIII, 3. XXXIII, 11. Hebr. III, 11 18. Non quidem ille, quo nihil maius generatur, nec quidquam simile secundumque viget, per maiorem iurare potest, Hebr. VI, 13 — 18. Hoc loquendi tamen genere vsus, ex sua diuinitate et summa perfectione dictorum suorum mortalibus fidem facit: *quam certum sit, viuere se, et esse sapientem, bonum, potentem, iustum, veracem; tam certo etiam et promissionum et minarum suarum veritatem sperandam esse.*

Inanis in hoc loco et vere ridiculus hostium reuelatae veritatis risus: qui, si *Deum in ira sua iurare* legerint, Ps. XCV, 11. Hebr. III, 11. adfectuum perturbatio-

Cap. V.

creatas, caelum, terram, aut alias quascunque *p*), ne quidem licet irreuerentius iurare. Dicta ergo vestra confirmaturis dicendum est, *sic se rem habere*: negaturi vero

aliquid,

bationem Deo tribui contendunt, quae ad iurandum eum prouocet. Poenitentia, spes, timor, iracundia, et si quibus aliis morbis animi vexantur mortalium, non proprie de Deo intelligi debent: non magis, quam illae voces, quae infinitam hanc mentem humano corpore ac membris induunt. Est haec orationis diuinae modestia, ad humile se submittens terrigenarum ingenium: docente id, et ratione, et vero aliis expressis sacrae scripturae locis.

s) Ipse Deus Iudaeos per se iurare *iussit*, Exod. XXII, 10. 11. Deut. VI, 13. X, 20. Ierem. IV, 2. Vnde et haec litium finiendarum ratio ab apostolo laudatur, Hebr. VI, 16.

t) Ipse Iesus, a peccati labe immunis, iuris iurandi loco ad interrogationem et adiurationem summi pontificis respondit, Matth. XXVI, 63. 64. 158)

158) „Grauissimi momenti extremum auctoris argumentum. Proprio vocis significatu iurauit Iesus, cum ad adiurationem pontificis responderet: mos enim „Hebraeorum antiquissimus ita tulit, vt verba iuris iurandi non iuraturus proferret, sed audiret, et post ea audita responderet. Sic periurium sacrificio „piandum describitur, Leuit. V, 1. *anima cum peccauerit, et audiuerit vocem adiurationis* (a iudice prolatam,) *nec indicauerit* verum etc. et Prouerb. XXIX, 24. „*diuidens cum fure odit vitam suam, audit adiurationem, nec indicat.* Vnde Hebraei ne actiuo quidem verbo *iurare* dicunt, sed passiuo נשבע, quasi diceres, „*adiuratus est*, ab השביע *adiurauit.* MICHAELIS.

p) Respicitur ad verba Christi, Matth. V, 34—37. ab apostolo ex ipsius Christi ore audita, hic tamen forte citata ex *Matthaei* euangelio, cuius natales ante scriptam hanc epistolam pono. Iam ergo versabant illud adsidua manu pii ex Iudaeis, in quorum vsum, (sic fert patrum traditio) scriptum erat.

PHILO Iudaeus περὶ τῶν ἐν εἴδει νόμων *nefarium* ait, *statim ab ipso patre et creatore omnium fidem dictis suis facere: licere per parentes, solem, terram, caelum, sidera, iurare.* PHILO eiusdem cum apostolo seculi erat, atque hoc ipsum eius comma rationem nobis reddet prauitatis in iure iurando et a Domino et a *Iacobo* castigatae. Aliae etiam gentes per res creatas iurabant: vide Iudith. I, 12. Sunt huius commatis, *maria aspera iuro: per sidera iuro: per caput hoc iuro:* VIRGIL. *Aeneid.* VI, 351. 458. IX, 300. Docuit nos optimus Saluator, qua de caussa per res creatas irreuerentius iurare non liceat, Matth. V, 34—37. XXIII, 16—22. *quia a Deo creatae ab illo pendeant*: vnde si per illas iures, nec tamen

 sonum

aliquid, ſine iuramento verbis illud claris et perſpicuis negare debetis *q*); ne addita ſacramenti religione Dei offenſam incurratis atque ab illo damnemini *r*).

SECTIO

ſonum ſine mente effundes, per ipſum Deum omnium auctorem iurare exiſtimandus ſis. Hunc autem locum *Matthaei* ſi citat apoſtolus, non opus erat ipſi pluribus verbis: nutu quaſi et digito indice ad legendum *Matthaeum* traducti, interdictum ipſum eiusque cauſſas, facile intellecturi erant.

q) Codices aliqui praemittunt, ὁ λόγος ὑμῶν κ. τ. λ. quod ex Matth. V, 37. transſcriptum videtur. Communis lectio eundem ſenſum fundit: *chriſtianis vocem eadem religione et verecundia proferendam eſſe, ac ſacramentum.*

r) Pro ὑπὸ κρίσιν, (*ſub iudicium* ſeu *condemnationem*) codices nonnulli et verſiones habent εἰς ὑπόκρισιν, *in ſimulationem:* nec defuerunt, qui lectionem receperint, ita interpretati *Iacobum*, ac ſi vereretur, ne nimis promta iuris iurandi religio ad ſimulationem et mendacium viam ſterneret. Alienam hanc ab hoc commate ſententiam exiſtimo: potius crediderim, damnationem denuntiari peierantibus, ex comminatione petitam, qua Deus tertiam decalogi legem ſancit: *non innocentem habebit Dominus proferentem nomen ſuum ad vanitatem*, Exod. XX, 7. Chriſtiana lex huic crimini non mollior quam Iudaica.

Quanti periculi ſit, iurare, de eo dicta veterum Iudaeorum diſce ex Sirac. XXIII, 9 — 16.

Forte voces, ὑπὸ κρίσιν, per errorem primum librariorum in vnam coaluerunt: aliique librarii, deeſſe praepoſitionem rati, εἰς addiderunt. 159)

159) „Calculum BENSONII ſententiae fidens adiicio. Pro lectione, ὑπὸ κρίσιν, „niſi plures, maiores certe, quam pro altera, militant auctoritates, (vt potiſſimas „excerpam ex MILLIO) codex *Alexandrinus*, reliquorum omnium princeps, „verſionesque potiſſimae, *Vulgata* et *Syriaca*. *Arabicam* et *Aethiopicam* verſio„nem, cum codicibus *Steph. ια*, *Cou. 2*, *Veleſ.* in ſecundo agmine colloco, eandem „lectionem exprimentes: quibus a MILLIO citatis auctoritatibus addo verſionem „*veterem Vulgatam* atque *Copticam* a WILKINSIO editam.

„Senſus, quem fundere videretur altera illa lectio, ſatis intricatus. Nec „enim facile adducar, vt OECVMENIO credam, ὑπόκρισιν idem eſſe ac κατά„κρισιν. Magis coactum, quod habet HAMMONDVS: ὑπόκρισιν reſpondere pu„tans Hebraeo חנף, quod *hypocritam* explicat: hocque ipſum vocabulum *ho„minem nequam et deceptorem.* etiam ſignificaſſe, vnde Angli ſuum *Knave* (*ne„quam*)

SECTIO XII.

Cap. V, 13.

CONTENTA.

Eos pietatis actus quouis tempore exerceri, qui animi conditionem maxime deceant, iubet apostolus.

PARAPHRASIS.

Vulg. ant.
v. 13. Anxiat ex vobis aliquis, oret: hilaris est, psalmum dicat.

v. 13. Si qui ex vobis vexentur *s*), aut aliis colluctentur malis, moerorque inde oriatur et tristitia, nolite siue iuris iurandi sanctissima vocabula perturbato et praecipiti ore effundere, nec ebrietate aut gestientis gaudii intemperantia tristitiae molestias leuare. Corda potius vestra in preces effundite *t*), vt ex ipsis malis pietatis aliquem fructum capiatis, certumque et eximium consequamini solatium.

Vulg. Hieron.
Tristatur aliquis vestrum, oret: aequo animo est, psallat.

Rebus

„*quam*) hauserint. Mitto audaciam etymologicam, ridiculam sane, non dicam „Britanno, sed vel Germano, qui Anglice didicit. Statim ille intelligit, Anglicum *Knave* ex Germanico Knabe, *seruus*, emanasse, ea fere ratione, vt *fur* „Romanis et *seruum* et *nebulonem* notat. Addiderim חנף lexicographis quidem, sed non Hebraeis *hypocritam* esse: *profanum* sonat, vt adhuc in *Aethiopum*, *Arabum* Christianorum et *Syrorum* lingua: adeoque plane huius loci „non est. MICHAELIS.

V. 13. *s*) Vide c. I, 2. 3. 4. 12. II, 6. 7. V, 6—11. 2 Tim. II, 3. 9.

t) Ps. XXXIV, 17. etc. L, 15. LVI, 3. CVII, 6. 13. 19. 28. Matth. XXVI, 38. 39. Act. XXI, 5. 2 Cor. XII, 7. 8. 9. Phil. IV, 6. 1 Petr. V, 7.

 u) Ἐυθυ-

Rebus autem ſecundis, mollique fruentes gaudio, vela contrahere diſcite, nec laſciuientibus canticis atque effraeni laetitiae indulgete: ſed gratum Deo animum pſalmis et hymnis ſignificate *u)*, omnia, quae vobis proſpera eueniunt, eius gratiae accepta referentes.

SECTIO XIII.

Cap. V, 14—20.

CONTENTA.

Naſcentis Chriſtianiſmi ſeculo dona ſpiritus ſancti et virtutes miracula patrantes non inſolita erant: nec ſegnius Deus, ſi qui Chriſtianorum doctrinae, quam ore profitebantur, factis ſuis dedecori eſſent, morbis illos immiſſis caſtigabat [160]. *His* ergo, qui morbo, peccatorum ſuorum vltore, laborabant, ſeniores eccleſiae, dono ſanationum miraculoſarum inſtructi, conuocandi erant,

u) Εὐθυμεῖ τις, ψαλλέτω.] i. e. *ſi laeto ſit atque erectiore animo*, (vide Act. XXVII, 36.) diuinas laudes celebret, cum ſummo numini omnia fauſta ac proſpera debeantur. Pſ. L, 15. XCII, 1. 2. Rom. XII, 12. 1 Cor. XIV, 15. Epheſ. V, 18—20. Phil. IV, 4. Col. III, 15. 16.

Haec duo praecepta, precum, adflictis, laudum, proſperis rebus, pietati non publicae, ſed intra priuatos parietes verſanti, ſcripta videntur. Laetantibus enim ſaepe his, illis plorantibus, qui coetum Deo ſacrum faciunt, non ad totum coetum praeceptum apoſtoli adplicari poteſt. Singulari etiam numero verba concepta ſunt: *ſi quis mala patitur* etc. Quadrat tamen idem praeceptum toti eccleſiae, ſiue publica aliqua calamitate illam peruadente, ſiue cum publicam habet exſultandi materiam. Sed iterum dico, non mihi videri apoſtolum niſi priuatae pietati praecepta dare.

160) „Con-

Cap. V

erant, vt praeuia male factorum poenitentia inspiratae seniorum preces morbum atque dolores corporis profligarent, quo argumento intelligeretur, peccatum, caussam morbi, remissum esse.

Cum autem peccata non remittantur, nisi ei, quem sui poenitet, omnes christianos excitat, vt fratres aberrantes in iustum tramitem reducant, ex mortis faucibus illos erepturi, atque impunitatem eis procuraturi priscorum peccatorum.

PARAPHRASIS.

Vulg. ant.
v. 14. Et infirmus est aliquis in vobis, vocet presbyteros, et orent super ipsum, vngentes oleo in nomine Domini.

v. 14. Ea sunt argumenta, quibus salutarem Christi doctrinam probat confirmatque Deus, vt si morbo, aliisque corporis malis x) vexemini, speranda saepe sit vobis prodigiosa sanatio. Velim ergo seniores ecclesiae y) christianae conuocari, si quis morbo laborauerit,

Vulg. Hieron.
Infirmatur aliquis in vobis, inducat presbyteros ecclesiae, et orent super eum, vngentes eum oleo in nomine Domini.

160) „Confer de his morbis diuinitus immissis, 1 Cor. V, 5. atque inprimis ibid. „c. XI, 30. MICHAELIS.

x) *Κακοπαθεῖ τις —— εὐθυμεῖ τις —— ἀσθενεῖ τις*] Cum eandem seruet apostolus orationis formam, videtur in eadem materia, quam sibi tractandam sumserat, pergere, atque varie adfectis varia praecipere. Cum vero haec praecepta diuersissimis lectorum generibus scripta sint, placuit nobis, separare illa, atque per sectiones singulares explicare.

Ἀσθενεῖν non semper est, *morbo mortifero, seu ad mortem laborare.* Hoc tamen loco grauiorem significatum habet: id enim in animis lectorum relinquit apostolus, *morituros aegrotos, nisi miraculum aliquod salutare illis succurrat.*

y) *Vocet presbyteros ecclesiae*] Quinam sint *presbyteri ecclesiae*, disce ex notis nostris in 1 Tim. V, 17. et adpendice ad paraphrasin primae epistolae ad Timotheum datae, p. 83. *Secundi ordinis seniores* hic intelligi videntur, seu illi, qui primi in aliqua vrbe aut regione fidem Christianam susceperant. Nobiliore hi et maiore animo euangelium, tot quamuis aliorum praeiudiciis damnatum, tot quasi cicatricibus atque malis, quae eius professores manebant, foedum, primo statim adspectu mirabili amore amplexi erant: vnde et primitiae spiritus, id est, plura

uerit, vt effusis propter decumbentem precibus z), oleo vos vngant

ad

plura et nobiliora spiritus sancti dona ipsis concedebantur. Hos ergo, seu aliquos ex his, non quosuis de grege Christianos conuocare iubentur, qui morbo laborabant: hi enim sanationum dono instructi, tutissimum aegrotantibus perfugium erant. Caeterum Ioannes omnes Christianos, qui miracula sanationum patrare possint, iubet pro illis deprecari, qui non ad mortem peccauerant, I Ioh. V, 16.

z) Καὶ προσευξάσθωσαν ἐπ' αὐτὸν, ἀλείψαντες αὐτὸν ἐλαίῳ: *et precentur super ipso, postquam oleo ipsum vnxerint.*] Prior praecepti pars respondere videtur impositioni manuum, ex praecepto Christi in sanationibus per miraculum factis saepius adhibitae, Marc. XVI, 18. Vngendi primum oleo a senioribus erant aegroti, deinde manus illis imponendae, additis precibus. Cum primum per Iudaeam apostolos dimitteret Dominus, multos illi aegrotos oleo perungebant atque sanabant, Marc. VI, 13. Alii miraculorum patratores manus aegrotis imponebant, Act. IX, 17. adiectis etiam precibus, c. XXVIII, 8. Nullis alii symbolis vsi, verbis omne negotium peragebant, Act. III, 6, IX, 34. 40. XIV, 10. XVI, 18. 161) Nec tamen effusio olei, nec manus capiti impositae, nec corpus apostolorum aegrotos obumbrans, nec sudaria illis missa, nec nominis *Domini nostri Iesu Christi* compellatio, nec alia huius generis, caussae sanationis erant, sed signa, ex quibus intelligeres, miraculum patrari ad confirmandam doctrinam atque missionem diuinam apostolorum. Eodem fine ipse Saluator surdi in aures, per miraculum restituendas, digitos immittebat; linguamque muti salutari mulcebat tactu; atque massam illinebat oculis coeci, quos luce beare decreuerat. Non hae caussae sanationis erant, sed signa, illam a Iesu Nazareno proficisci, significantia: ex his intelligi poterat, non casu accidere, nec communi fatorum potestate, quae fiebant, sed singulari atque diuina potentia, doctrinam et munus Christi tantis argumentis comprobante.

161) „Et quidem, quae est numinis sapientia, ingens discrimen atque prudens „in his symbolis obseruare licet. Gloriosius erat, miracula verbo patrare, aut „manibus impositis, aliisue eiusmodi signis accedentibus, quae ne quidem vi„deri poterant aliquid ad valetudinem restituendam momenti adferre. Id ergo „viuenti Saluatori nostro, atque post eius mortem apostolis, ac forte praecipuis „Christianorum concessum. Minus gloriosa miracula, si medicina adhiberetur, „non quidem morbo depellendo sufficiens, nec tamen (vt videri poterat) omni„no ab hoc fine remota: in quo genere vnctio oleo facta, quo medicorum filii „non raro vsi. Id genus miraculi ergo, dum viueret in terris Christus, con„cessum apostolis, Marc. VI, 13. ipsoque in caelum euecto, gregariis miracu„lorum patratoribus.

„Quae

Cap. V.

ad praeceptum et in nomine Domini nostri Iesu Christi *a*). Huius enim inuocare nomen debebunt,

„Quae si expendas, magis etiam corruet pontificiorum argumentatio, qui, „ne miraculum sanationis, sed sacramentum aliquod a Iacobo praecipi credamus, „nostrae explicationi obiiciunt, *sanationes prodigiosas non effuso oleo*, *sed manibus impositis patrandas fuisse*, *Marc. XVI*, 18. Christo id praecipienti de apostolis, Iacobo de presbyteris sermo.

„Qui hic de vsu medico olei cogitant, solide refutantur a B. WOLFIO, qui „multa alia ad hoc et sequens comma congessit lectu dignissima. Cuius dictis „hoc vnum addiderim, comma 17. prorsus illorum iugulare sententiam, qui „haec verba ita circumloquuntur: *cum aegroto medicinam adhibetis*, *simul preces* „*ad Deum fundite*. Quid enim exemplo Eliae maximorum miraculorum patra„toris opus, vt persuadeas aegroto, medicamenta morbo mederi posse, si diui„nam benedictionem precibus impetret? MICHAELIS.

a) *Vngentes illum in nomine Domini*] Ingens est Christianae doctrinae abusus, si ad omnes transferantur ea, quae singularia erant, atque ad paucos pertinebant. Omnia, quae hac epistola continentur, ad nos aliosque nostrae aetatis Christianos transferri poterunt, quia plurima in nos apte quadrant? Idem euangelium, epistola eadem, caput saepe idem, alia Christianis omnibus, miraculorum patratoribus alia praecipit: rationem ergo et prudentiam in interpretandis sacris paginis adhibeamus, vt singularia praecepta ab his, quae omnibus data sunt, distinguamus.

Plurima sane sacrae scripturae loca, in quibus alte pressa vestigia donorum miraculosorum Spiritus Sancti deprehenduntur, nostram etiam aetatem docent, quot quantisque argumentis doctrina Christi, vt primum praedicari coepit, confirmata sit: vnde sequitur, *vt ea*, *quae Christiani credunt*, *vera sint*, *et firma ac diuina*. Nec tamen singula nobis praecepta existimare debemus, nisi nostris rationibus tam apta sint, ac fuerunt illorum rebus, quibus primum scripta sunt.

Multa theologiae dogmata sic pertractata lucem accipient, de quibus tamen plura disserere iam non vacat. Haec tamen hoc loco commemoranda duximus, quia ecclesia Romana praeceptum *Iacobi*, de vngendis aegrotis oleo in nomine Domini, ad omnes aetates omnesque christianos transfert, *extremaeque vnctionis* sic dictum *sacramentum* ex hoc loco effingere adlaborat. Vide *Concil. Trident. Sess. XIV. cap. 3. can. 2.* In qua sententia multiplex inest error: 1) *Iacobus* vngi vult aegrotos in spem recuperandae sanitatis: depositos illi et moribundos, nulla spe vitae relicta, vngunt. 2) *Iacobus* vnctionem praecipit, vt morbo corporis per miraculum explicentur aegroti 162): illi moribundos vngunt, vt

bunt, vt miraculum eius beneficentiae et potentiae deberi, sanctamque eius doctrinam confirmare, intelligatur *b*).

Vulg. ant.		Vulg. Hieron.
v. 15. Et oratio in fide saluabit labo-	v. 15. Nec operam ludetis: preces enim *c*), quas certa peperit et con-	Et oratio fidei saluabit infirmum, fir-

vt concretam labem peccati animis ipsorum eximant, atque vt patentibus illos et inuitantibus portis caelum excipiat. 3) Non semper oleum adhibebatur ad medendum morbis christianorum: at illi omnes omnino christianos extrema vnctione perfundi iubent.

162) „Patet hoc ex versu sequente, ad quem scripta vide. Vnicum hic addiderim perantiquae ecclesiae, nec pontificiis ipsis poenitendum testimonium. Auctor capitularii priscae versionis Italae, quod sub finem prolegomenorum ex MARTIANAEO descriptum dedimus, non aliam intellexit vnctionem, quam „sanitatem corporis procuraturam: sectioni quippe decimae nonae, (v. 12—19.) „titulum fecit: *de remediis vitae praesentis.* Orientalis etiam ecclesia, quae vn„ctionis, quod vocant, sacramentum seruat, hunc eius vsum statuit, vt sanentur „aegroti, ex ore Christi, Marc. VI, 7. 13. eius institutionem repetens. Videa„tur de hac re erudita dissertatio LE GRANDII, in *Voyage historique d' Abessi„ne du P.* LOBO, *continué et augmenté de dissertations par le* GRAND. *Amsterd.* „1728. *Tome II. pag.* 76. *seqq.* MICHAELIS.

b) Matth. XVIII, 20. Marc XVI, 17. 18. Luc. X, 17. Ioh. XIV, 13. XVI, 23. 24. Act. III, 6. 16. IV, 10. 30. IX, 34. XVI, 18. XIX, 12. 13. 17.

V. 15. *c*) Καὶ ἡ εὐχὴ τῆς πίστεως σώσει τὸν κάμνοντα] *Orationem fidei* intelligo illam, *quae ex firma proficiscitur fiducia, fore, vt Deus vel per miraculum morbo aegroti medeatur.* Vide vsum vocabuli πίστεως, Matth. XVII, 20. XXI, 21. Marc. XI, 22. Luc. XVII, 6. Act. III, 16. VI, 8. 1 Cor. XIII, 2. Nec enim apostoli, nec presbyteri, nec reliqui Christiani, alia perficere miracula poterant, quam quae fieri volebat, suamque voluntatem interno aliquo alloquio illis significabat Spiritus Sanctus. Hinc saepe profanis miracula apostolorum salutem attulerunt, christianis graui morbo decumbentibus, Phil. II, 26. 27. 1 Tim. V, 23. 2 Tim. IV, 20. Simulac vero preces fiducia singulari plenas ex pectore erumpere sentiebant, ad perficiendum miraculum laeti accedere poterant. Quae salutaria prodigia, quamuis in christianis laborantibus facta, multum tamen momenti adferebant, ad emendandos vincendosque Iudaeos et idololatras: credentibus autem agnitam et creditam veritatem confirmabant. 163)

163) „Insignis est locus, quem adcurate expendi velim, Genes. XX, 7. *restitue viro vxorem,*

Vulg. am. rantem, et suscitabit illum Domi-

firmata fiducia, bonitati et potentiae diuinae innixa, morbum omnem *d*) depellet: Dominusque noster

Vulg. Hieron. et alleuiabit eum Dominus: et si in

Cap. V.

„*vxorem, quoniam propheta est, vt precetur pro te, et viuas.* Ex quo loco satis „adparet, non omnibus omnium piorum precibus, sed eorum, qui prophetae „sint, atque ex commercio cum diuino numine intelligant, quando et quomo„do fundendae sint preces, sanationum mirificarum virtutem tribui. Morbo „laborabat Abimelechus, ob singulare peccatum immisso. Spem ei certam pro„ponit vitae et incolumitatis oraculum diuinum, si *Abrahamum* deprecatorem „nactus fuerit: sed addita ratione, *quia Abrahamus propheta, atque a numine di„uino actus sit:* vnde preces eius, ab ipso Deo pectori quasi eius inditae, vanae „esse non possint. Has ergo preces si intelligas, quas diuini homines impulsu „numinis fundunt: opus non erit, fidiculis orationem *Iacobi* distinere; quod „illi facere videntur, qui conditionem addunt: *nisi salus corporis saluti mentis „offecerit.* Sic concilium Tridentinum l. c. *sanitatem corporis interdum, vbi sa„luti animae expedierit, consequitur.* Abstinemus ab exagitando dicto concilii: „quamuis mirum sit, synodum verbis apostoli eam tribuere sententiam, quae „ne quidem (vt ait) *interdum*, sed *fere nunquam* vera sit: eumque finem sacra„menti sui tradere, qui eousque rarus et inexspectatus est, vt *extremam vnctio„nem accipere*, et *morbo nouissimo conflictari*, vnum fere idemque sit. MICHAE„LIS.

d) Σώσει τὸν κάμνοντα] I. e. *morbo leuabit aegrotum.* Salus, quam dicit apostolus, non est aeterna salus, sed quae corpori adfertur a morbi iniuriis liberando. Sic interpretari verbum docet nos sequens comma, vbi apostolus, *precamini*, inquit, *pro vobis inuicem*, ἵνα ἰαθῆτε, *vt sanemini.* Σώζειν etiam alibi adhibetur de restituta per miraculum valetudine: vide scripta ad Act. IV, 12. 164)

164) „Contra illos haec dicta, qui *salutem aeternam mortuis per vnctionem extre„mam et preces adferendam* intelligunt. Vide contra illos disputantem B. WOL„FIVM, qui et vocem, κάμνοντα, a calumnia interpretationis vindicat, atque „significationi aegrotandi hoc loco restituit, quamuis iure concedat, eam mor„tuos alibi nonnunquam denotare. Addimus eius obseruatis: primum thema „verbi esse videri, κάμω, vnde κάμνω pro κάμμω factum sit, mutato M in N. „Hoc vero thema antiquitus significasse videtur, *flectere, curuare:* vnde κάμπτω, „*flecto*, adsumta post M littera eiusdem organi P, atque adiecto τ, vt in τύπτω. „Vnde primus significatus vocis κάμνω, 1) *incuruo me;* deinde quia defessi solent „incurui sedere, est 2) *defatigari:* porro 3) *in lecto incuruari*, seu *aegrotare:* et 4) „*mori*, quia mortui, corpus animo non amplius sustinente, collabuntur et incuruan„tur. Nostro iam loco non potest non decubitum ex morbo significare: oppo„nitur

Vulg. ant. nus: et si peccata fecit, remittentur ei.

noster Iesus *e*), cuius inuocatum nomen erat, perfectam aegroto sanitatem atque pristinum vigorem reddet. Quamuis etiam *f*) grauia

Vulg. Hieron. peccatis sit, remittentur ei.

„nitur enim τῷ ἐγείρειν, quod verbum, (quantum equidem sciam) nemo in„terpretum de excitatione e mortuis, sed omnes de excitandis e lecto aegrotis in„tellexerunt. MICHAELIS.

e) Καὶ ἐγερεῖ αὐτὸν ὁ Κύριος, *et excitabit illum Dominus*] Aegroti in lecto decumbere solent: vnde sanati per miraculum *excitari* dicuntur, Matth. VIII, 15. Marc. I, 31. Non *vnctioni*, nec *manuum impositioni*, nec *ipsis senioribus* salus aegroti accepta refertur, sed ad fidei preces *Dominus excitabit illum*. Diligenter id agit apostolus, vt soli potentiae Domini miraculum deberi intelligatur.

f) Κἂν reddi optime potest: *quamuis*. Sensus erit: *quamuis peccata commiserit, tamen ei remittentur*. Nec enim dubitat apostolus, peccaueritne ille, qui morbo laborat, sed per totam orationem tanquam minime ambiguum hoc ponit, magnum aliquod et singulare facinus admissum esse, quod diuinitus immisso morbo castigandum fuerit. Grauiores valetudines vltrices fuisse inter Iudaeos grauiorum peccatorum, discimus ex Deuter. XXVIII, 15. 21. 22. Ps. XXXVII, 9. etc. CVII, 17. 18. Ioh. V, 14. Hinc illa quaestio nata discipulorum Iesu, quam tradit *Ioannes*, c. IX, 2. Curato morbo, ipsum peccatum, cuius illa poena erat, condonatum dicebatur, 1 Paralip. VII, 13. 14. Ies. XXXIII, 24. Matth. IX. 2—7. Sic Corinthii, qui incestis manibus animisque conuiuae coenae dominicae adcubuerant, morbis alii et valetudine pertinaci, alii morte poenas luebant, 1 Cor. XI, 29. 30. 32. Adde 1 Ioh. V, 16. 17. Mentionem facit Ioannes duorum in Christo fratrum, quorum vterque peccauerit, ad mortem alter, alter non ad mortem. Huius peccatum illi simile est, quod *Iacobus* supponit: et hic noster, et ille a *Ioanne* commemoratus post ferias preces fiducia plenas sanandus erat, surrecturusque e lecto, condonatis peccatis. *Condonatio* autem *peccati* vocatur Iacobo, *cum morbus*, *poenae loco immissus*, *depellitur*: 165) prout omnis omnium peccatorum condonatio est, cum peccator a poena sceleri suo debita liberatur.

Pontificiorum doctrina, de *absolutione sacerdotali* ad veniam peccatorum aeternamque felicitatem obtinendam necessaria, non magis huius loci est, quam fictum illud *extremae vnctionis sacramentum*. Et solatia euangelii et minas legis non potius episcopus atque sacerdos, quam quilibet Christianus, euangelii satis gnarus, ad singulos transferre potest: nulla huic prae illo praerogatiua est auctoritas, nec huius vox plus illius dictis Deo iudice valebit. Omnes, quos peccatorum suorum vere poenitet, aeternam salutem, si vel nemo mortalium illis polliceatur, certa spe arripere possunt: proterui vero peccatores, cur veniam sperent,

Cap. V.

grauia peccata commiserit, in quorum poenam morbo laborabat: tamen ipsa illa peccata condonabuntur, atque condonata ex leuamine morbi improuiso intelligentur.

V. 16.

sperent, non habent, omnibus quamuis omnium sacerdotum votis nexu peccatorum soluti, quantumuis etiam illi munus suum e manibus apostolorum perpetua successione acceptum iactent, modo aliquis orbis terrarum locus episcopos alat, qui vere haec iactare possunt.

165) „Bene auctor phrasin *Iacobi* explicat. Sic saepe loquuntur scriptores et diuini „et ecclesiastici.

„Inprimis huc pertinet ampla illa iustificationis descriptio, quam habes Io„bi XXXIII. Pingit *Elihu* elegantissimis coloribus hominem quamuis non o„mnino impium, quem Deus ob peccata arguit, morbosque ei et terrores con„scientiae immittit, v. 15—22. tandemque v. 23. sqq. addit: *quod si fuerit illi „angelus interpres, vnus prae millenis* (i. e. prorsus eximius ac singularis, parem „non habens) *vt homini indicet iustitiam suam: tum indulget ei* Deus, *ac dicit: „redime illum, ne descendat in foueam. Inueni lytrum. Vireat caro eius prae an„nis pueritiae: reuertatur ad dies iuuentutis.* Sic Dauid Ps. CIII, 3. laudare iubet „animam suam Deum, *remittentem omnia peccata tua, sanantem omnes morbos „tuos.*

„Eadem phrasi vsus Iesaias c. VI, 10. de populo Israelitico scribit, *ne con„uertat se ad Dominum*, ורפא לו, *et* SANET *illum:* quod interprete *Marco* „c. IV, 12. est, καὶ ἀφεθῇ αὐτοῖς, *et remittantur illis peccata.* Vide, quae habet „B. VITRINGA in *commentario in Iesaiam.* Idem vates condonata peccata ea„dem imagine exprimit c. LIII, 4. *morbum nostrum baiulauit*, et v. 5. *vibice eius „sanati sumus.* Quem locum *Matthaeus* c. VIII, 17. ita citat, vt facile intelli„gas, inprimis de eo genere condonationis peccatorum verba prophetae expli„canda esse, quod fit ablatione et sanatione morborum. Sic apud eundem „*Matthaeum Iesus* paralyticum sanaturus, *remissa*, inquit, *tibi sunt peccata „tua.*

„Auctoritatem locutionis ecclesiasticam desideras? habebis commate sequen„te in versione Itala, quae Graecum, ἵνα ἰαθῆτε, reddit, *vt remittatur vobis.* „Antiquissimo ergo huius versionis auctori, (qui quin Iudaeus fuerit, dubitari „haud potest, ob crebros eius Hebraismos) *remissio peccati* eadem erat, quae *sa„natio morbi.*

Vulg. ant.
v. 16. Confitemini alterutrum peccata vestra, et orate pro alterutro, vt remittatur vobis. Multum potest

v. 16. Proposita ergo aegrotis spe leuaminis et sanitatis, ne timidi sitis, fratres, ad confitendum illis, qui dono miraculorum instructi sunt, peccata grauiora, quorum poenis exercemini *g*). Libere

Vulg. Hieron.
Confitemini ergo alterutrum peccata vestra, et orate pro inuicem, vt saluemini: multum enim valet

„Phrasis ergo, *remittere peccata*, cum familiarem adeo sibi habeat significatum *sanationis a morbo*, reliqua autem, quae *Iacobus* habet, de curatione morbi „prodigiosa agant: dubitarine poterit de explicatione supra a BENSONIO data? „imprimis cum haec vna explicatio honori et veritati verborum apostoli optime „consulat? Indignum enim Deo animi nostri scrutatore adcuratissimo, quique „nihil adfectibus, nihil gratiae aliorum tribuit, peccata tua ad alterius preces „condonare, si veniam peccati cum aeterna salute coniunctam intelligas. Si „credas in Christum, paterna ille indulgentia peccatis tuis non irascitur, quam„uis neminem habeas ex mortalibus deprecatorem: et si totum genus humanum „caussam tuam suscipiat, nec promta magis nec plenior erit venia delictorum. „At mala corporis, quibus ob errores castigamur, ad aliorum preces a nobis a„uerruncari, id rationibus prouidentiae diuinae omnino aptissimum. Concidant „ergo Romanae ecclesiae spes nimis longae, de *extrema vnctione*, si vitam non „reddat, veniam tamen peccatorum hucusque forte nondum condonatorum, at„que futurae vitae felicitatem moribundo conciliatura. MICHAELIS.

V. 16. *g) Confitemini vobis inuicem peccata*] Illa ipsa peccata ingenue profiteri debebant, ob quae Deus illos, seuerus censor, morbo notauerat.

Caeterum, si seniores arcessunt ecclesiae, credendum, fiduciam illos habere recuperandae sanitatis: atque peccata ad praeceptum *Iacobi* si profitentur, ex poenitentia male factorum hoc profectum videtur. Nisi enim delicta morbo punienda seuere damnarent, vix sperari miraculum sanationis poterat. Leuit. V, 5. Prouerb. XXVIII, 13. Ies. I, 16 — 20. Ezech. XVIII, 21 — 28. XXXIII, 15. 16.

Grauem delictis male factorum suorum conscientiam non hic in sinum presbyteri effundunt sani, sed morbo laborantes, nec vt vitam aeternam sed vt morbi leuamen consequantur: nec in aliorum sinum, quam presbyterorum, aut aliorum Christianorum, *qui virtutibus mirificis Spiritus Sancti instructi erant*, vt his ipsis peccatis paratam numinis indulgentiam atque immunitatem a poena iam pendi coepta impetrarent.

Liquet ergo, non magis firmo talo consistere in hoc loco posse *auricularem confessionem* a pontificiis iactatam, quam *extremae vnctionis* mysterium, ac necessarium illud (sic putant) sacerdotis verbum, quo peccatorum veniam largiatur.

Vulg. ant. petitio iusti frequens.

bere potius atque ingenue, quamquam vulneratis et poenitentibus

Vulg. Hieron. deprecatio iusti assidua.

animis

tur. Multas illi nouasque sententias ex fine huius epistolae probaturos se nobis sperant: infelici successu. Ex hoc praecepto, *confitemini vobis inuicem peccata*, necessitatem imponunt gregariis christianis, singula sua peccata presbytero narrandi, spe proposita *absolutionis*, cuius grauissima auctoritate omnia peccata deleantur. Qua arte in seruitutem paratissimi obsequii *clericis* praestandi plebem vindicarunt: eadem inuestigant venanturque abstrusa quaeuis atque recondita familiarum, ciuitatum, imperiorum, publica atque priuata, si opus sit, proditturi. Hinc larga malorum seges orbi: larga diuitiarum, potentiae atque tyrannidis sanctae messis, cupido atque ambitioso sacrificulo.

Quam diuersa mens apostoli! cuius ex sententia etiam presbyteri populo fateri delicta, eiusque deprecationem atque indulgentiam precibus quaerere debent, nec solus in solius presbyteri sinum populus male facta sua deplorare. Dicit enim: *confitemini* VOBIS INVICEM *peccata vestra* et pro VOBIS INVICEM *deprecamini*. 166)

166) Ἀλλήλοις — — ὑπὲρ ἀλλήλων] „Has voces, vt perpetuus fere earum vsus „exigit, de mutuo quodam officio, quod non soli gregarii christiani presbyte„ro, sed et sibi inuicem, et presbyteri illis debeant, explicat auctor: quam sen„tentiam olim iam fouit venerabilis BEDA. Vide eandem defendentes, ex pon„tificiis GAGNAEVM, a plurimis suarum partium desertum: ex nostratibus „B. WOLFIVM in *Curis*. Oppugnant alii, vt ex pontificiis TIRINVS, ex Britannis HAMMONDVS a CLERICO iure refutatus.

„Duo sunt, quae contra nos dici possint, nisi ex praeiudicatis opinioni„bus arma petere, atque in circulum argumentorum aliquem nos compingere „velis.

„*Primum*: non semper vocabulum ἀλλήλων *mutui* quid innuere. Citant „fere, 1 Petr. IV, 9. φιλόξενοι εἰς ἀλλήλους, et c. V, 5. πάντες ἀλλήλοις ὑποτασσό„μενοι: hos tamen ipsos, nisi fallor, testes obtorto quasi collo et nolentes ad tri„bunal rapiunt. *Hospitales erga se inuicem esse* cum iubentur christiani, mens est, „*non Caium modo Titio hospitium praebere, sed et Titium debere Caio*: en tibi „*mutuum!* Alterius loci haec sententia, prorsus ab HAMMONDO deprauata: „*non solos iuniores presbyteris, sed et hos illis singulari modestia animi subiectos esse* „*debere*. Odiosa est illa interpretum diligentia, qui, ne receptae semel senten„tiae mancipia esse desinant, verba torquent, atque exempla, quae incautos fal„lere possint, corradunt.

„Deinde

animis agnoſcite peccata veſtra *b*): miraculorumque patratores promtis precibus atque laetis *i*) adſint poenitentibus, vt ſanentur *k*). Nec vero dubitandum illis de vi et fructu precum, modo ſic illas

fundant,

„*Deinde* dicitur: filum orationis illa explicatione, quam noſtram fecimus, „rumpi; ſolos enim presbyteros deprecatores adhiberi, ſupra voluiſſe *Iacobum*. „Addit HAMMONDVS: codices aliquos et verſiones addere, οὖν: quo addito „prorſus alios intelligi non poſſe, quibus peccata fateri debeamus, quam pres-„byteros, quorum precibus verſus ſuperior patulas benigni numinis aures pro-„miſerat. Lectio illa ſex quidem codicum, quos inter *Alexandrinus* eminet, „vnicae vero verſionis vulgatae, non nimis nos angit, cum haec ipſa vulgata ab „antiquiore Itala, quam exhibemus, deſeratur. Iam nec filo orationis conſtrin-„gemur. Quid enim ſi praecepto praeceptum addat apoſtolus? iubeatque, idem „quod presbyteris facias, erga fratres etiam fieri? Quamquam, ſi vel particu-„lam οὖν ſerues, oratio de fratribus in Chriſto quibusuis explicata, apto filo „connectetur. Forte enim ea, quae presbyteris fatebantur, toti fatebantur ec-„cleſiae: nec presbyteri ſilentio rem tegere, ſed ad vniuerſam propalare eccle-„ſiam debebant, vt et haec, quam cubiculum aegroti capere non poterat, cauſſa „tamen cognita valetudinem eius precibus ſubleuaret. MICHAELIS.

b) Ἐξομολογεῖσθε οὖν] Sic habent priſci aliqui codices et verſiones. Vide MILLIVM. Vel communis lectio verſum cum praecedente connecti iubet, ſed particula οὖν addita, filum orationis arctius conſtringit.

i) *Orate pro vobis inuicem, vt ſanemini.*] Bonorum quorumuis preces non minus a Deo audientur, quam presbyterorum: nec hi noſtra aetate miracula perficere poſſunt, quod haud paucis piis olim datum erat. Geneſ. XX, 7. 17. Exod. IX, 33. Num. XI, 2. XXI, 7. 1 Sam. XII, 19. 1 Reg. XIII, 6. XVII, 21. 2 Reg. IV, 33. etc. Iob. XLII, 8. 9. Ierem. XLII, 1—4. Iudith VIII, 31. Sapient. XVIII, 20. 21. Ioh. IX, 31. Act. VIII, 24. IX, 40. XXVIII, 8. Vnde et gregariorum ex chriſtianis deprecationes ſibi petebat apoſtolus, Eph. VI, 18. Col. IV, 3. 4. 2 Theſſ. III, 1. 2. Philem. verſ. 22.

k) *Vt ſanemini*] Non omnes omnino aegrotos prodigioſae ſanationes manebant, 1 Ioh. V, 16. e. g. ſi aegrotos peccatorum ſuorum non ſerio poeniteret; ſi *preces fidei* deeſſent ſenioribus; ſi pertinax valetudo, aut ſi mors aegroti, magis ad gloriam Dei faceret. Si res ita ſe haberent, vanum erat *presbyteros eccleſiae* aut *presbyteros aetate* arceſſere.

l) Vide

Cap. V.

fundant, vt supra praecepi. Preces enim iusti *l*), agitante Spiritu sancto effusae *m*), multum valent *n*), ita vt vel miracula perficere possint.

V. 17.

l) Vide notam *z*) c. IV, 8.

m) Δέησις δικαίου ἐνεργουμένη: *inspiratae iusti preces*] Intelliguntur preces, ex adflatu Spiritus Sancti atque impetu prophetico natae, quae certam aegroti sanationem immobili spe praecipiebant. Liquet hoc et ex superius dictis, de sanatione prodigiosa per has preces perficienda; et ex infra dicendis de precibus Eliae. Confer vsum vocabuli ἐνεργούμενος Ephes. III, 10. Coloss. I, 29. et quae ad v. 15. de *precibus fidei* scripsimus. 167)

167) „Significatum hunc vocabuli ἐνεργουμένη ARROWSMITHVS in *Tacticis sacris* p. 243. adstruit ex HILARIO et ARETA: quorum ille ἐνέργημα 1 Cor. XII, „6. vertat, *inoperationem*, (operationem internam), hic ad Apoc. VI. dicat, φερφῆτις ἐνεργουμένη πονηρῷ πνεύματι, *fatidica acta a malo spiritu*. Vide verba ex„cerpta in *Curis* B. WOLFII. Opponit quidem Vir eruditissimus huic explicatio„ni: *hanc Spiritus sancti in fidelibus operationem, vt semper praestruatur, ita a* „*Iacobo commemorari non debuisse*. Quae tamen obiectio vix ferire ARROW„SMITHVM videtur: nec enim semper haec operatio Spiritus Sancti praestruitur, „imo nostra aetate nullus fidelium de ea gloriari potest, postquam dona miracu„lorum conciderunt. Nec enim omnem instinctum Spiritus sancti ad precandum „intellexerat ARROWSMITHVS, sed impulsum propheticum.

„WOLFIVS ipse mauult cum LVTHERO reddere, *ardens*, ernstlich. Sed „desidero vel vnicum huius significationis exemplum. BEZA vertit, *efficax*: sed „sic propositio apostoli fiet idemtica, (vt vocabulo artis vtar) quod iam obser„uatum ARROWSMITHO. Nisi preces inspiratas intellexeris, ingenti hiatu la„borabit argumentum apostoli, ab effectu precum propheticarum Eliae ad effe„ctum quarumuis precum traductum. MICHAELIS.

n) *Multum valet oratio iusti.*] Genes. XVIII, 23. etc. XX, 7—17. XXXII, 26. 27. 28. Exod. XXXII, 11. etc. Num. XI, 2. XVI, 22. etc. XXI, 7. etc. Deut. IV, 29. Ios. X, 12. etc. Iudic. III, 15. IV, 3. etc. X, 12. 1 Sam. I, 10. etc. 1 Reg. XIII, 6. XVII, 21. 22. 2 Reg. IV, 33. etc. 2 Paral. XIV, 11. XX, 3. etc. XXXII, 20. etc. XXXIII, 12. 13. Iob. XLII, 8. Ps. X, 17. XXXIV, 15. 16. 17. L, 17. LXVI, 17—20. CXLV, 18. 19. Prou. I, 28. etc. XV, 8. 29. XXVIII, 9. Ies. I, 15. etc. Ierem. XV, 1. Ezech. XIV, 14. Dan. II, 18. Mich. III, 4. Matth. VII, 8. etc. XVIII, 19. XXI, 22. Marc. XI, 24. Ioh. IX, 30. 31. 1 Ioh. III, 21. 22.

Vulg. ant.
v. 17. Helias homo erat similis nobis, et oratione orauit, vt non plueret; et non pluit in terra annis tribus et mensibus sex.

v. 17. Vt enim alia omittam nostrae aetatis prodigia, quibus doctrina Christi confirmatur, vos ex Iudaeis conuersos ad exemplum remitto, ex tabulis prisci foederis petitum. *Elias Thisbites*, propheta, homo erat nobis similis *o*), ex eodem, quo nos, mortali luto formatus, iisdem malis morbisque obnoxius: huius, (quamuis suis viribus nil tale perficere posset, tamen cum ardentissimis *p*) flagitaret precibus, vt cohibita ab agro X

Vulg. Hieron.
Elias homo erat similis nobis passibilis, et oratione orauit, vt non plueret super terram; et non pluit annos tres et menses sex.

tribuum

V. 17. *o*) Ἠλίας ἄνθρωπος ἦν ὁμοιοπαθὴς ἡμῖν, *Elias homo erat iisdem nobiscum passionibus obnoxius*] Sap. VII, 3. Act. X, 26. XIV, 15. Non id vult sibi *Iacobus*, iisdem laborasse Eliam animi morbis, adfectuum, irae, cupiditatis, quibus alii; nec, easdem cum aliis adpetitiones habuisse, quas si habebat, seuero sapientiae et virtutis imperio coërcuit. Ὁμοιοπαθὴς est, *ex eodem fragili mortalique luto formatus homo, huius vitae miseriis ipsique obnoxius morti*: atque, nisi fallor, *Elias* hoc loco vt ὁμοιοπαθὴς ἡμῖν describitur, vt illi occurratur dubio: *Eliam fuisse vatem prorsus vnicum et singularem, sine morte in caelum raptum: nos autem mortales tanta tamque magnifica exspectare non debere.* Vide Sirac. XLVIII, 3. 4. Monet ergo apostolus, *non angelum sed mortalem fuisse Eliam, in quem eadem caderent, quae in nos, mala, naturaque sua caducum ac moribundum; quamuis diuino fauore in coelum raptus, mortem fugerit. Caducus ergo et mortalis cum fuerit, prorsus non ipsius viribus tribuenda esse miracula, quae patrabat, sed diuinae potentiae, quam castis ille precibus adorabat.*

p) Προσευχῇ προσηύξατο] Ad verbum si reddas, fiet: *precibus precatus est*: sensum si spectes, Hebraismus erit, *serias ardentesque preces* denotans. Vide eandem phrasin 1 Sam. XXVI, 25. Ps. CXVIII, 18. Thren. I, 2. Luc. XXII, 15. multisque aliis tabularum prisci foederis locis: nec adspernatur eam vsus scriptorum Graecorum atque Latinorum.

Videtur menti apostoli illud *Eliae* dictum oberrare: *non pluet per hos annos, nisi ad verbum meum*, 1 Reg. XVII, 1. Quod ibi *verbum suum* vocat propheta, *Iacobo oratio prophetae* audit. Ad preces enim diuinorum hominum miracula fieri consueuerant. Vide notas *i*) et *n*) v. 16.

q) Ἐπὶ

tribuum *q*) pluuia voces ſuas, contra cultum Baalis et reliqua ſcelera emiſſas, firmaret probaretque Deus,) audita ſunt vota *r*), illaque Palaeſtinae pars per tres annos et ſex menſes pluuia caruit *s*).

Vulg. ant. v. 18. Sed iterum orauit, et caelum dedit pluuiam, et terra germinauit fructum ſuum.

Vulg. Hieron. Et rurſum orauit, et coelum dedit pluuiam, et terra dedit fructum ſuum.

v. 18. Vtque nouo argumento huic legato auctoritatem adderet Deus, iterum precatus eſt *Elias*, vt plueret *t*), cum aliquam emendationis ſpem Israelitae oſtenderent: audiitque preces omnipotens, illisque reſpondit. Breui enim nimbis omne caelum ruere viſum, laetamque ſegetem recreata procreauit terra. Vos autem miraculorum dono inſtructi, non minus habetis

q) Ἐπὶ τῆς γῆς] Ἡ γῆ proprie eſt, *terra omnis:* hic tamen et alibi eo nos ducit filum orationis, vt terram Israeliticam intelligamus. Vide Ioſ. II, 1. 2. 3. Ieſ. VI, 11. 1 Sam. XIII, 3. Luc. VI, 23.

r) *Nec pluit in terra* Iſraelitica] 1 Reg. XVII, 1. Non haec ſeueritas poenae iracundiae prophetae conceſſa, ſed ad coercendam ſtatuta idololatriam. Minatus hoc iam olim erat Deus Leuit. XXVI, 14. 15. 19. 20. Deut. XXVIII, 15. 23. etc.

s) *Annos tres et menſes ſex*] Totidem anni atque menſes ſterilitati, ex defectu pluuiae ortae, tribuuntur Luc. IV, 25. Confer etiam Apoc. XI, 6. At 1 Reg. XVIII, 1. *Elias* fertur *tertio anno Ahabo occurriſſe*, *Deique nomine promiſiſſe ei pluuiam.* Qui tertius annus non a pluuia ceſſante, ſed a fuga *Eliae* Sareptam numerandus erit, 1 Reg. XVII, 8. 9. 14. quo priusquam concederet, ad torrentem *Crith* commoratus erat, donec torrens aeſtu diuturno conſumtus potum negaret, latiusque iam fames vagaretur. Ex hoc ergo tempore annus *tertius* agebatur, cum propheta videndum ſe *Ahabo* praeberet; *quartus* autem ex denuntiata a ſancto vate regi poena idololatriae. Sicque bene dicit apoſtolus: *annos tres et menſes ſex.*

V. 18. *t*) *Et iterum orauit*] Non quidem claris verbis ſcriptum legimus 1 Reg. XVII, et XVIII, *precatum eſſe Eliam:* incuruata tamen eius in ſinum facies, preces, ſilentio tectas, prodere videtur, 1 Reg. XVIII, 42. ex notisque *i*) et *n*) ad verſ. 16. adparet, plerumque precibus miracula impetrata eſſe.

habetis, cur confidatis, fore, vt sanato per prodigium aegroto, doctrinam vestram probet Deus, quam olim habuit *Elias*, cur preces suas auditum et vaticinia impletum iri speraret.

Vulg. ant.

v. 19. Fratres mei, si quis ex vobis errauerit a veritate, et aliquis eum reuocauerit:

v. 20. Qui reuocauerit peccatorem de erroris via, saluat animam de morte sua, et operiet multitudinem peccati.

v. 19. Supra iam scripsi, peccatori scelera non remitti, nisi seria poenitentia illa damnet. Hortor ergo vos, fratres mei, vt, si quis Christianorum veritatis sanctitatisque *u*) viam deseruerit, summo studio errantem in viam reducatis.

v. 20. Cuius officii peragendi vt stimulos vobis addam, scitote: si quis peccatorem ex variis scelerum et praeuaricationum *x*) deuiis in rectum virtutis et sanctitatis tramitem reduxerit, beneficum hunc et pium opus perfecisse. Animam

Vulg. Hieron.

Fratres mei, si quis ex vobis errauerit a veritate, et conuerterit quis eum:

Scire debet, quoniam qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viae suae, saluabit animam eius a morte, et operiet multitudinem peccatorum.

V. 19. *u*) *Si quis ex vobis errauerit a veritate.*] Doctrina Christiana a Deo reuelata saepe *veritas* vocatur, quia maximi momenti veritates, aeternum beatos nos reddituras, continet, Ioh. I, 17. VIII, 32. 40. XVI, 13. XVII, 17. Rom. II, 8. XV, 8. 2 Cor. IV, 2. VI, 7. Gal. II, 5. 14. III, 1. V, 7. Ephes. I, 13. IV, 15. 24. Coloss. I, 5. 2 Thess. II, 10. 12. 13. 1 Tim. II, 4. III, 15. 2 Tim. II, 18. 25. Hebr. X, 26. Iac. I, 18. 1 Petr. I, 22. 1 Ioh. II, 21. 2 Ioh. vers. 1. 3 Ioh. vers. 1. 3. 4. Secta ergo vitae, quam euangelium praecipit, recto tramiti comparatur: quem qui deserunt, in vitiorum deuia delapsi, exemplis amicisque obiurgationibus reducendi sunt ab his, qui iusti fines non migrauerant. Vide Gal. VI, 1. 2 Tim. II, 24. 25.

V. 20. *x*) *Errorem viae*] Intelligo de eodem, quod supra v. 15. *committere peccata*, dicebatur. Is enim, qui a via aberrauit, hoc ipso in versu *peccator* audit, atque ex verbis apostoli grauiora delicta admisisse videtur. Potest quidem a veritate aberrari, siue ipsa Christi sacra et nomen deserendo, siue impia vita, illisque sententiis in animum admissis, quae nequitiae fenestram patefaciunt, 1 Tim. VI, 3.

mam enim *y*) illius hominis a morte vindicauit *z*), et multa illius *a*) peccata a Deo texit, nullas illorum poenas repetituro, nec seruaturo acerbam eorum recordationem. *Huius vero nobilis et benefici operis auctor dictu maiora exspectet praemia, illis olim tribuenda, qui peccatores ad iustitiam reduxerunt.*

VI, 3. etc. Tit. I, 1. ipsum tamen apostasiae crimen intelligi hoc loco nequit, sed aliud graue scelus, quo se reipublicae Christianae ciuis obstrinxit. Peccator enim vocatur, *τὶς ἐν ὑμῖν*, *aliquis ex vobis*, qui ore et voce doctrinam Christi non abnegauit, quamuis ipso opere abnegasse videatur. Desperasse fere de iis videntur, qui ipsa Christi sacra eiurabant, Hebr. VI, 4. etc. X, 26. etc.

y) Rom. XI, 14. 1 Cor. IX, 22. 1 Tim. IV, 16. Iudae 23.

z) *Σώσει ψυχὴν ἐκ θανάτου*] *Anima* pro *homine* ponitur Ezech. XVIII, 4. 20. Act. VII, 14. Rom. XIII, 1. 1 Petr. III, 20. Per peccatum *mortis* rei fiunt homines, a qua *saluantur*, qui conuertuntur. Rom. V, 12. VI, 23. VIII, 33. Iac. I, 15. Equidem *σώσει* eodem sensu hic accipio, quo versu 15. atque quid sit, *saluare animam a morte*, ex 1 Ioh. V, 16. disco. 168)

168) „Mens auctoris est, non de *aeterna morte aut salute* sermonem esse apostolo, „sed de sanitate, aegroto per miraculum restituenda. Sic ergo expressius circum„scribi oratio Iacobi posset: *si quis aegroto auctor fuerit seriae poenitentiae, poterit* „*ille precibus a Deo impetrare, vt vitae et sanitati reddatur.* Filum orationis hunc „sensum demonstrare videtur. MICHAELIS.

a) *Et operiet multitudinem peccatorum*] *Anima* non *conuertentis* sed *conuersi* saluatur, *eiusdem*que *peccata* teguntur. Phrasis haec, *operire peccata*, habetur Ps. XXXII, 1. Prou. X, 12. significans, si quis parata indulgentia peccatis aliorum ignoscit, 1 Petr. IV, 8. Hic vero indicat, *Deum peccata Christianorum ex recordatione quasi delere, dum illa non puniat.* Si scelera tua damnes, non magis illorum rationem habet Deus, ac si prorsus tecta a facie ipsius essent. Ps. CIII, 12. Ies. XXXVIII, 17. XLIII, 25. Mich. VII, 18.

Quamuis conuertendo peccatorem, eius peccata tegere queamus, nostra tamen peccata, quae fouere pergimus, non ea de caussa condonabuntur. Si tamen nos ipsos malorum poeniteat, pietatiue studeamus, maius praemium cur exspectemus, habebimus, hoc vno excepto, peccata a nobis non damnata non remitti, quamuis alios ad frugem reduxerimus.

DISSERTATIO
IN IACOBI II, 14-20.
PERICVLVM FACIENS
PAVLLVM,
QVI
HOMINEM IVSTIFICARI PER FIDEM
AIT, CVM
IACOBO,
QVI
OPERIBVS IVSTIFICATIONEM
TRIBVIT,
CONCILIANDI.

169) Vix dum creatis humani generis progenitoribus praecepta vitae Deus morumque dedit: legem moralem, adiecto vnico praecepto ex arbitrio legislatoris pendente, quo fructu arboris cuiusdam in signum obedientiae Deo debitae, atque vt omnia sua a Deo sibi concessa testarentur ipso opere, abstinere iubebantur. Has leges seruantibus, prospera, aequabilis ac perpetua vita et felicitas proposita erat.

Haec

169) „Nostram de pugna, qua *Iacobus Paullo* committi videtur, sententiam, supra „in notis ad caput secundum diximus, ab explicatione BENSONII diuersam. „Nolit ergo beneuolus lector, quae hic ex Anglico in Latinum sermonem BEN- „SONIANA transfundimus, ex nostri animi sententia dicta putare: in quibus, „si fidi interpretis muneri satisfecerimus, nihil nobis tribui poterit, nisi quod „latina sint, quae Anglica fuerunt. MICHAELIS.

Haec erat quasi forma et descriptio primae hominum conditionis, perfecta innocentia illustris.

Legem primam migrasse parentes generis humani, satis quidem notum est; Deumque, qua est singulari misericordia, aliam miseris iustitiae viam demonstrasse, aptam lapsis hominibus, vt prior illa integris erat. Progenitoribus ergo nostris, eorumque per aliquot secula posteris, spem fecit Deus misericordiae: quibus vero legibus indulgentia sua fouere nos et amplecti velit, vix clarius in tabulis prisci foederis expressum legimus, quam Genes. XV, 6. vbi de *Abrahamo* sacer scriptor, *credidit*, inquit, *in Iebouam*, *Deusque imputauit hoc* (quod crederet) *ipsi iustitiam*. Haec autem fides *Abrahami*, quam iustitiae loco imputabat Deus, non mera erat persuasio de veritate oraculorum diuinorum, sed perpetuae obedientiae Deo praestandae larga mater: quod varii actus bene et pie peractae vitae testantur. Qua fide iustitiam apud Deum quaerere suo homines *Abrahamus* docuit exemplo. Solet hoc *foedus gratiae* vocari, et iure quidem: ingens enim erga lapsum genus mortalium indulgentia est, quod Deus, *solam* requirens *fidem* atque *sinceram obedientiam*, eosdem molles adfectus in illos se suscepturum promiserit, ac si nullam peccati labem sibi concretam haberent.

Praeter hoc *gratiae foedus*, cum *Abrahamo* eiusque semine spirituali, seu imitatoribus fidei et obedientiae, percussum, post quadringentos triginta annos alio sibi foedere gentem vnam ex Abrahamo ortam, Israelitas, obstrinxit: quod, siue *Sinaiticum* vocatur, a monte *Sinai*, in quo sanciebatur, siue *Mosaicum*, a *Mose* legum foederis interprete. Sinaiticum hoc foedus iura hominum generi ante peccatum data iterum statuit:[170]) hoc discrimine, quod loco vnius praecepti ex arbitrio legislatoris pendentis (seu *positiui*, vt aiunt) de

170) „Nollem equidem legi Leuiticae eandem salutis viam, easdem iustificatio„nis conditiones tribuere, ac primae illi, progenitoribus nostris innocentibus „latae. Haec seuere peccatores damnabat, nec spem illis faciebat indulgentiae „diuinae vllo pacto recuperandae. At *Moses* piaculis expiari delicta docet, at„que, si vel nihil ex luce noui foederis explicandis eius litteris adhibeas, iubet „tamen reatum peccati in victimas transferre, Deique ita fauorem sperare. Ea „potissima est pars legis Leuiticae, quae peccatorum expiationem praescribit: „quam ergo diuersa ab illa lege, ignoscere nescia? MICHAELIS.

de non comedendo fructu arboris, multa Iſraelitis iura rituum et cerimoniarum ſcribebantur, quae gentem a contagio idololatriae puram ſeruarent.

Eodem ergo ore et verbo viam iuſtitiae proponit lex Moſaica, quo prima illa lex progenitoribus noſtris in paradiſo lata vtebatur: *fac ita, et viue a)! neglige haec facere, et morere! maledictus enim eſt, qui non fecerit omnia, quae ſcripta ſunt in libro legis, vt fiant.* Hae voces in mentem reuocabant Iſraelitis perfectam illam, ad quam formare ſe debebant, regulam, legem innocentiae, quae iuſtitiam et vitam intemeratae obedientiae promittit. Huius vero regulae rectitudo cum rigida adeo eſſet, vt [illegible] illam nullus poſſet eſſe mortalium, haec ipſa ſeueritas effectura erat, vt molliorem iuſtificationis viam, qualis *Abrahamica* illa erat, eique ſimilis euangelica, omnibus votis expeterent. Hinc Paullus *finem legis* Chriſtum vocat, *ad iuſtitiam vnicuiuis credenti*, ſeu doctrinam eius corde et factis amplexo. Idem docet, *ante fidem* ſeu euangelium Iudaeos *ſub lege* tanquam in carcere *detentos fuiſſe, vt* clariore praeconio *fidei poſtea reuelandae libertatem conſequerentur. Praeceptum ergo paedagogum* et ſeuerum quaſi pueritiae tyrannum *fuiſſe, qui ad Chriſtum illos perduceret*, animosque illorum deſiderio euangelii (quod tanquam adultam aetatem hominum decet) ſolicitaret, *vt fide* ad exemplum Abrahami *iuſtificarentur.*

Foedus autem *Abrahamicum* atque *euangelicum* easdem leges continere, *Paullus* ſaepe et magna adſeueratione tradit. Sic ille Rom. IV, 22. docet, *Abrahamo fidem iuſtitiae loco imputatam eſſe, nec id Abrahami ſolum cauſſa ſcriptum, ſed et noſtra*, id eſt, omnium Chriſtia-

a) *Obſeruabitis*, inquit MOSES, *ſtatuta mea, iura mea: quae ſi fecerit homo, viuet per illa*, Leuit. XVIII, 5. De aeterna vita beatorum interpretati ſunt haec Iudaei: *viuet in eis vita ſempiterna*, ſic ONKELOS. IONATHAN: *viuet in eis vita ſeculi, et portio eius erit cum iuſtis.* Interpres Arabicus: *quoniam retributio eius, qui operabitur illa, eſt, vt viuat in aeternum.*

Paullus ſaepe locum hunc Moſis citat, illumque ex mente horum interpretum explicat. Vide Rom. X, 5. Gal. III, 10—12. nec videtur *argumento ad hominem* ſed vero vti. Alium ſi verbo ſenſum tribuas, concidet vis argumenti, filumque rumpi videbitur orationis.

Idem *Moſis* dictum citatur Neh. IX, 29. Ezech. XX, 11. 13. 21.

Christianorum, *quibus fides tanquam iustitia imputabitur, si in illum crediderimus, qui Iesum pro peccatis nostris traditum, atque ob iustificationem nostram resuscitatum, ab inferis excitauit.* Idem discimus ex Gal. III, 6. etc. *Sicut credidit Abrahamus Deo, idque imputatum est ei in iustitiam: sic scitote, quod hi, qui ex fide sunt, filii sint Abrabami. Atque scriptura* (seu Spiritus Sanctus, ex cuius adflatu sacrae litterae scriptae sunt) *praeuidens, ex fide iustificaturum esse Deum gentes, praedixit Abrahamo: in te omnes gentes benedicentur. Igitur, qui ex fide sunt, cum fideli Abrahamo benedictionem accipiunt.*

Vides ergo, vtramque viam, qua ad iustitiam et vitam itur, breui a nobis ductu delineatam: illam innocentia, et bonorum operum iusto quasi stadio, hanc fide et fidelitate seu obedientia, quamuis imperfecta, absoluendam.

Cum euangelium Christus atque apostoli ingentis laetitiae materiam omnibus gentibus nuntiarent, hanc iustitiae rationem, quae fide et fidelitate absoluitur, oratione magnifica illustrabant. Obstinati tamen ad non credendum Iudaei, clausis quasi oculis, hanc tantam lucem non admittebant, iustitiamque ignorabant Dei, seu illam oderant iustificationis viam, quam euangelium docebat. Suam ergo iustitiam stabilire conati, ad normam se legis Mosaicae (quamuis illa proteruos peccatores sine spe veniae damnaret) formabant: spreta iustitia Dei, seu illa iustitiae via, quam euangelium tradebat. Iudaizantes etiam Christiani, amplexi licet euangelium, non tamen illud salutem suam perficere posse arbitrabantur, nisi addito legis studio. Hinc aures fratrum ex gentibus nunquam non his dictis vulnerabant: *circumcisionem suscipiendam, et legem Mosaicam seruandam esse, si viuere velis.* Horum errorem vt castigaret *Paullus*, scribebat Christianis ex gentibus: *operibus legis carnem nullam iustificari coram Deo, ex hac enim lege agnitionem exsistere peccati*, atque poenae peccato debitae; nullam proponi spem diuinae indulgentiae. [171]) *Iam autem iustitiam Dei*, seu rationem, qua Deo placeat homines iustificare, *reuelatam*

171) „Haec tamen dicta Paulli non ad solam legem Leuiticam referenda esse, sed et ad „moralem, vel ex his liquet, quae BENSONIVS ad explicandam *Paulli* mentem ad„didit. Lex enim Leuitica, sacrificia praecipiens, omnino spem veniae ostendebat „peccatoribus, quam lex moralis ignorabat. MICHAELIS.

latam esse, testimoniisque legis et prophetarum confirmatam: iustitiam (seu viam iustitiae a Deo demonstratam) *quae sit per fidem in Christum, communem omnibus credentibus, siue Iudaei sint, siue ethnici. Nec enim esse vllum hos inter discrimen in regno euangelii,* quamuis magno interuallo lex illos seiunxerit: sicut omnes sint peccatores, omnibusque opus sit indulgentia Dei, sic eam omnibus paratam esse.

Hinc efficit apostolus, *iustificari hominem per fidem sine operibus legis,* Rom. III, 28. etc. *nec Deum gentium minus quam Iudaeorum Deum esse: eundem esse Deum, qui vtrosque iustos reddat, nec quidquam differre inter iustificationem horum illorumque, quae fiat per fidem.* Idem Rom. IV, 1. seqq. ostendit, *Abrahamum* credentem Deo ita iustificatum esse, vt haec ipsa fides ei tanquam iustitia imputaretur: nec enim ob perfectum virtutis studium iustum habitum esse a Deo *Abrahamum,* sed ex indulgentia numinis: nec quia cerimonias lege praeceptas in se susceperit; iustum enim illum praedicari, antequam circumcideretur. Christianos ergo ex gentibus, etiam sine circumcisione atque obedientia legi Mosaicae praestita, de eadem Dei gratia, quam adsequutus est *Abrahamus,* confidere posse.

Cum Galatarum ecclesias nimius Iudaizantium christianorum turbaret feruor, multa in eandem sententiam *Paullo* in epistola ad Galatas data scribenda erant. Inprimis c. II, 15. etc narrat, se *Petrum* obiurgasse, qui Iudaizantium reuerentia alius Iudaeis fuerit ac gentibus. *Nos, natura,* inquit, *Iudaei, nec scelerata gentium progenies, cum sciamus, quod homo ex lege* (i. e. Iudaeus) *non iustificetur nisi per fidem in Christum: etiam nos in Iesum Christum credidimus, vt iustificaremur fide in Christum, non operibus legis. Nam ex operibus legis non iustificatur vlla caro.* *) Vbi *legis* nomine *legem Mosaicam,* et *fidei* vocabulo doctrinam Christianam intelligi, in propatulo est.

Sic et Gal. III, 10. seqq. postquam ex fide *Abrahamo* imputata in iustitiam, prorsus vt in epistola ad Romanos fecerat, demonstrasset, *credentes* esse filios Abrahami, atque his benedictionem cum Abrahamo exspectandam esse: credentes ex Iudaeis percellit proposita

*) Confer ad haec dicta Act. XIII, 38. 39.

sita periculi magnitudine, si molli via euangelii relicta, in Mosaicae legis tanquam stadio iustitiam quaerant: *Quotquod enim sunt ex operibus legis*, (atque in illis fiduciam ponunt) *sub maledictione sunt: scriptum est enim: maledictus esto, quicunque non perseuerauerit in omnibus scriptis in libro legis, vt faciat illa. Quod vero ex lege nemo iustificetur apud Deum, manifestum est: Iustus enim* EX FIDE, *viuet. Lex vero non est ex fide, sed* aliam prorsus iustitiae viam monstrat: [illegible]*quis hominum* FECERIT *illa*, eiusque praecepta perfecta coluerit obedientia, *viuet in illis*. A quo rigore legis *Christus nos redemit*, passus pro nobis et mortuus: *vt benedictio Abrahami* (seu iustificatio, quae Abrahamo per fidem obtigit) sub oeconomia christiana *ad ipsas gentes pertineret.*

Haec quidem Paullina cum *Iacobi* doctrina pugnare nonnullis visa sunt: quae vt pugna quiescat, discamus, quid *Paullo* sint, *lex: opera: opera legis: fides: iustitia: iustificatio? Legem* et *opera legis* cum dicit *Paullus*, non nisi *Mosaicam legem* eiusque opera intelligit. Supra hoc iam monuimus ad loca ex *Paullo* citata, speramusque fore, vt diligens lector seriem orationis seruans, hoc quasi Ariadnaeo filo in eandem explicationem ducatur.

Fides, seu *fides in Christum* est apostolo euangelium, seu reuelatio christiana. Sic Rom. I, 5. et XVI, 26. *apostoli munus sibi creditum* ait, *ad obedientiam fidei inter omnes gentes*, i. e. vt omnes gentes obedirent euangelio. Vide etiam Rom. XVI, 19. Hinc et *lex fidei* vocatur euangelium, Rom. III, 27. quia obedientiam a nobis requirit. Galat. I, 23. Christiani in Iudaea, qui *Paullum* Christianum factum nondum viderant, auditu modo accepisse dicuntur, *illum fidem praedicare, quam nuper impugnabat:* i. e. illum praedicare doctrinam christianam. Sic *auditio fidei* Gal. III, 2. 5. est doctrina euangelii ex ore *Paulli* accepta: ac magis etiam significatum, quem *fidei* vocabulo tribuimus, confirmat eiusdem capitis versus 23: *antequam veniret fides, sub lege custodiebamur in fidem reuelandam.*

Bene vero et apte *fidei* vocabulo in designando euangelio vtitur *Paullus:* primus enim gradus, quem ad suscipiendum Christianismum facimus, fide absoluitur, atque ex hac quasi radice illa vitae morumque secta creatur, cui Christiani student. Est ergo metony-

mia *partis* pro *toto*: quo dictionis flore cum ſcriptores omnes non raro orationem ſuam conueſtiant, nulla inde exiſtit obſcuritas.

Multis aliis in locis tabularum noui foederis *fides* pro *euangelio* ponitur: nobis vero viſum eſt, ex ſolis ad Galatas Romanoſque epiſtolis interpretationis noſtrae argumenta depromere, quae ipſae epiſtolae bellum inferre *Iacobo* exiſtimantur.

Iuſtificatio eſt, *cum ex gratia Dei ad normam eſſe exiſtimaris*: ſeu, *cum Deus legislator et iudex ita in te adfectus eſt, atque erga te agit, ac ſi iuſtus eſſes.* Iam ſi cui mortalium perfecta eſſet innocentia, iuſtus ille foret *ex operibus*: atque hic ſolus phraſi ſcripturae *ex debito iuſtificatus* dici poſſet.

Si quis peccauit, niſi ex gratia, iuſtificari non poteſt: eiusque *iuſtificatio* eadem eſt, quae *condonatio peccatorum*: quam gratiam *credentibus* pollicetur *Paullus*. Hanc ſancti apoſtoli doctrinam Iudaeorum diſperſorum, qui Chriſtiani facti erant, aliqui, ſiue lectis eius epiſtolis, ſiue auditis illis, cum publice recitarentur, peruerterant: errore, an de induſtria? neſcio. *Fidem ſine operibus legis* intelligebant, nudam aliquam de veritate religionis Chriſtianae perſuaſionem, nulla habita ratione praeceptorum euangelii, ac ſi tota obedientia, ei debita, ſententiis quibusdam ſuſceptis abſolueretur. At *Paullus* fidei nomine euangelium omne ac totam religionem Chriſtianam intelligebat, vnde cum *iuſtificari homines* ait *fide*, id dicit: *qui euangelium corde amplectantur, ac vita ſequantur et moribus, hos iuſtificari: ſeu, quod idem eſt: iuſtificari nos ea fide, quae ſanctam et piam vitae ſectam pariat.*

Dubitari non poteſt, quin huius indolis fides, doctrinam Chriſti amplexa, ſalutem nobis paritura ſit, quamuis opera legis Moſaicae nulla fecerimus: at, ſi opera, ab ipſo euangelio praecepta, neglexerimus, fides in euangelium nec iuſtificare nos poterit nec ſaluare; id eſt, niſi cum adſenſu, quo doctrinam chriſtianam comprobamus, ſancta et pia conſpiret vita, nec iuſtitiae nec ſalutis vllam nobis ſpem tabulae noui foederis oſtendunt.

Opera legis cerimonialis in chriſtianis natura non Iudaeis, poſt reuelationem euangelii, quod legem Moſaicam multis modis vincebat, ſaepe damnat *Paullus*. Idem opera Iudaeorum et gentium, priusquam

usquam Christo se tradidissent, peracta, seueris vocibus condemnare solet: plerique enim ex his illisque singulari nequitia erant. Tandem opera mala a quocunque commissa acerbis vocibus reprehendit. Inter tot tamen atroces eius sententias, quibus siue ceremoniae a *Mose* praeceptae post promulgatum euangelium abolentur, siue impietas hominum, Iudaeorum, gentium, christianorum, atro carbone notatur; ne vnica quidem est, quae pia christianorum opera, virtutesque caste peractae vitae siue reprehendat siue vilipendat.

Quae supra ex eius scriptis a nobis adlata sunt, vincunt, salutem dari obedientibus euangelio, quamuis Mosaicae legis opera non seruent: quod omnino a *Iacobi* mente, capite secundo expressa, diuersum non est. [172]) *Saluatum nos iri, si euangelium amplectamur et se-*

 qua-

172) „Vereor, vt recte satis *Paullum* inter et *Iacobum* coëat amicitia: nec enim sola legis Leuiticae opera, sed et illa, quae ad normam aeternae voluntatis diuinae pie et „caste peracta sunt, a iustificationis negotio excludere, solamque fidem, Christi sacrificium piaculare ardentibus votis amplexam, iustitiae nostrae caussam facere *Paullus* videtur. Non in totam hanc litem, quam iam dudum amplexa est disputauitque nostratium ecclesia, nos immergimus: illud tamen argumentum negligere „non debemus, quod ex ipsius BENSONII dictis capere licet. Qua est auctor ingenua in sententiis dicendis indole et perspicuitate, ne quis in vocabulis error atque „obscuritas haerere posset, *iustificationis* nomine intelligere se professus est *condonationem peccatorum*. Iam non intelligimus, quomodo condonatio peccatorum, „quam scriptura sacra piaculari sacrificio Christi tribuit, operibus castis ac vere piis, „(quae cum infinito iure a nobis poscat Deus, si vel nunquam peccassemus, antegressa „peccata non expiant) accepta referri possit. Nec dici potest, Deum aliquali contentum obedientia, huius habito respectu reliquis peccatis ignoscere, nisi doctrinam de sacrificio Christi labefactare velimus. Aut enim haec imperfecta obedientia delicta hominum piabat, ac saltem misericordi et beneuolo excusabat iudici: „quod si erat, Christo, incredibilis pretii victima, opus non fuisset, de qua tamen nimis claras voces mittit *Paullus*: aut haec obedientia, sua iam sponte debita auctori „vitae et spiritus nostri, non excusabat alia praue facta, piaculari morte expianda: „quod si est, (esse vero docet caput inprimis tertium epistolae ad Romanos) piorum „bene facta caussa condonati peccati haberi non poterunt, quamuis ad salutem per „Christum consequendam aditus non detur, nisi his, quibus fides virtutis amorem „excitat. Sed fieri non potest, vt hanc tanti momenti doctrinam pro dignitate hic „tractemus, quam dudum alii maiori luce perfuderunt. Quae scripsimus, eo potissimum fine scripta sunt, vt nostram ab auctoris sententia diuersam mentem testatam faceremus. MICHAELIS.

quamur; non ſaluatum iri, niſi hoc fecerimus, quamuis agnita veritate doctrinae Chriſtianae: id ipſum eſt, quod vult *Iacobus*, *fidem ſine operibus mortuam*, dicens, *Abrahami fidem cum operibus cooperatam, atque ex operibus perfectam redditam eſſe: operibus, non ſola fide iuſtificari hominem, ac ſicut corpus ſine ſpiritu mortuum ſit, ita et fidem ſine operibus eſſe mortuam.*

Ab his ſi vlla vox *Paulli* diuerſa et aliena eſſet, opus foret magno gentium apoſtolo, non potius vt cum *Iacobo*, ſed vt ſecum ipſe in gratiam rediret. Innumeris enim locis ſine ſanctitate neminem Dominum viſurum eſſe, hisque ſolis Chriſtum cauſſam aeternae ſalutis factum eſſe dixit, qui ei obediunt. His ipſis in litteris, quas ad Romanos Galatasque dedit, quae opera legis a iuſtificatione excludunt, denuntiat credentibus, *morituros eſſe ipſos, ſi ad normam carnis viuant: ſaluandos, ſi per ſpiritum opera corporis necent*, Rom. VIII, 13. vnde magnopere illos cauere ab operibus iubet carnis, *quoniam qui haec faciant, haeredes regni Dei eſſe non poſſint*, Gal. V, 16. etc. Quot ille verbis, quam ſeueris, non a malo ſolum, ſed et ab ipſa mali ſimilitudine reuocat chriſtianos? caſtamque in timore Dei ſanctitatem illis praecipit, ſi iuſtificationem a venturo olim iudice ſperare velint? Quibus monitis adiungit; tempus fore, quo et ipſi et mortales omnes ad tribunal Chriſti citati, ſiue poenas daturi ſint, ſiue praemia accepturi, ſecundum opera ſua: quo iudicii die nullam fore illis condemnationem, qui in Chriſto Ieſu ſint, (i. e. Chriſtianis) modo non ſecundum carnem, ſed ſecundum ſpiritum ambulauerint.

Nodum iam ſolutum eſſe, atque amicitiam coiiſſe exiſtimo inter dicta *Paulli* atque *Iacobi*, de iuſtificatione ſiue per fidem, ſiue ex operibus.

Aliae etiam ſententiae epiſtolarum *Paulli* in alienam mentem deprauatae culpa interpretum, fecerunt, vt doctrina *Iacobi* et *Paulli* vix quidem concinere multis viſa ſit. In errorem incautos ſeduxerunt, quae habet *Paullus* de *Deo, iuſtificante impios, non ob opera iuſtitiae, quae fecerant a), ſed ex liberrima gratia, indulgentia mera,*

a) Vide etiam Phil. III, 5—9.

ra, et bonitate nullis meritis debita: viuificante mortuos in peccatis et sceleribus, illosque sibi conciliante, cum peccatores et inimici essent: saluante illos ex gratia per fidem, quam salutem nulli suae virtuti debeant, sed gratuito dono Dei, nullis operibus, ne quis glorietur. Haec tamen omnia, debita luce perfusa, et Iacobi dictis, et vero reliquae *Paulli* doctrinae congruent.

Summa per orbem terrarum vagabatur nequitia, vt primum apostoli euangelium coeperunt praedicare: nec supra verum adsurgunt, quae Rom. II. Romanorum, et c. III. Iudaeorum vitia et scelera castigantur. Omnia impietatis et libidinis plena, morumque ingens emendatio per orbem terrarum necessaria erat, ad quam perficiendum opus erat vel nequissimis peccatoribus spem veniae facere.

Apostoli ergo diuinae voluntatis interpretes denuntiabant: peccata omnia ante baptismum commissa ablui: simulac crediderint, gratia ac singulari Dei indulgentia iustificatum credentes iri per redemtionem Christi, per quem fide accedere possint ad gratiam, Christianos paterne fouentem, atque de spe futurae gloriae laetari et gloriari. Quamuis autem, vt primum crediderant, sola fide, nullis antegressis benefactis, iustificati essent, sanctitati tamen, eodem apostolo praeceptore, studere debebant, ad quam fides eos formabat; si gradum quasi tueri, atque illo in die, quo praemia et poenae omnibus nostris factis statuentur, iustificari a iudice mortalium vellent. At si secus agerent, non imputanda illis erat fides in iustitiam.

Iam cum hoc toto capite non de coepta iustificatione, sed de continuata vsque ad finem loquatur *Iacobus*, prorsus non contradicit *Paullo* de prima iustificatione gentium ac Iudaeorum per meram fidem facta, quam opera nulla pietatis praegressa erant, loquenti. Ipse *Paullus* extremi iudicii mentionem iniiciens, homines secundum facta sua iudicatum iri contendit; nec ergo finalem iustificationem promittit, nisi his, qui fidei addunt sanctitatem, atque fructibus iustitiae abundant.

Animus

Animus nobis erat, reliquorum interpretum, qui alias pacis leges *Paullum* inter et *Iacobum* tentarunt, ſententias examinare, atque quid in illis obſcurum ſit, nec lectori adcurato ſatisfacere poſſit, oſtendere. Illas inprimis explicationes caſtigaturi eramus, quas homines minutis diſtinctionibus dediti, atque τῇ ὑποθέσει δουλεύοντες excogitauerant: quem in finem potiſſima interpretum placita collegeramus. Sed nimis nobis diffuſus labor videtur: ac ſatis eſt, noſtra nos cogitata in medium promere, ac debita luce illuſtrare.

F I N I S.

